

Q. D. B. V.

1339.

in 16

1664

10

DISSE^TRAT^IO JURIDICA
De
EXCEPTIO-

N I B U S,
hodierno ferè Foro accommodatis;

Quam,

Permisu Magnifici J^Ctorum Ordinis,

S U B P R A E S I D I O

V I R I

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,
ac Excellentissimi

D N. JOACHIMI M^ggers /

J. U. D. & Prof. Publ. Cur. Elect. Scab. Jurid. Facult.
nec non Judicij Provincialis, qvod est in inferiori

Lusatia, Assess. Gravissimi,

D N. Patroni, ac Praeceptoris sui omni bono i s

cultu suspiciendi & prosequendi,

Ad d. 17 ~~Septemb.~~ publicè examinandam exponit

A U T O R

FRANCISCUS MÜHLMANNUS, VVitteb.

IN AUDITORIO J^CTORUM


Horis consuetis.

WITTEB. Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. LXIV.

41.







1340.

DEO BENEDICENTE.

P R A E F A T I O .

Contingentes nec necessarias, æternæq; veritatis, Leges esse Propositiones, luce meridianâ clarissimè; versantur namq; circa hominum actiones, qvæ contingentes sanè; & licet ejusdem sint generis, eodem tamen modo & æqualiter qvam rarissimè se exhibent, in omnibus nec circumstantiis convenientiunt. Qvod verò non de omnibus præcipiant contingentibus, sed de his qvæ ut plurimum h. e. plerumq; & in plurimis casibus accidunt, eleganter dicitur in l. 3. ad 12. usq; ff. de Leg. Si enim de omnibus ac ita etiam de raro contingentibus disponebent (qvæ Jcti prætereunt l. 6. ff. de Leg.) in infinitum; certè Jus ex crescere, id qvod Reip. non expediret. Qyum autem Leges generaliter concipientur l. 7. ff. d. t. generalitas vero illa, ut de omnibus sub illis qvæ subsumi possunt, universaliter intelligantur, intendit; rectè hinc illis generalibus ipsa contingentia opponit. Iniquum enim, imò, contra rationem ipsam foret, Lex ut indistinctè omnibus in casibus, strictè & universaliter, prout generaliter concepta est lataq;, observetur. Ea propter alio opus est Jure, nimirum qvod generalitatem & universalitatem istius Legis restringat ac limitet juxtim. Hoc autem æquum bonum appellamus, qvod corrigit Legem scriptam, seu Jus, qvodq; positivum, in casu, qvo illud propter

A 2

genera-

1341.

generalitatem suam non procedit. In hac autem æquitate fundatae sunt exceptions per pr. Inst. de Exc. l.1. §.1. & l.12. D. de Dolomalo & met. exc. l.1. de vacat. & excus. muner. l.36. C. de transact. quæ ratione æquitatis esse dicuntur Wœsenb. de Exc. n.8. Qvarè qvum non parum utilitatis, harum si naturam probè cognitam perspectamq; pariter habemus, in nos redundet; de hac Exceptionum perqvam utili materia, præeunte mihi Sacrat. Imperatore in pr. Inst. t. t. ff. & C. de except. disserere animum induxi. Ut verò ordine procedatur, qui secundum Baldum est modus agendi, quo sine nihil rectè agitur ac sine quo qui procedit, eqvum per caudam frenare dicitur. *VVare mund. ab Ehrenbe. de Fæder. lib.1. c.1. n.147.* Idcirco exceptionum Etymologiam, Homonymiam seu æqvivocationem, Synonymiam, Definitionem, Originem, Divisionem, Causam efficientem, Materiam, Formam, Finem, Effectum, Affinia & Contraria deniq; proponam. Cum DEO Ter Opt. Max. verò auspicio, bene namq; cuncta geruntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile DEO. E contra, ubi is non est fundamentum, ibi nullius boni operis est superadiscium. c. cñ Paul. 26. caus. quest. 1.

TH. I.

Priusquam verò qvæ in ipsis rerum argumentis obtinenter perseqvar, nominalem definitionem perlustrare non displicet. Usu enim vocis cognito, in ipsius rei perceptionem sèpè provehimitur. Et nisi conveniamus in nominum significacione, de rebus certè non potest esse disputatio. *Matthias Steph. de Jurisd. lib.1. c.1.* Hoc ipsum qvoq; eximiè declarat ac ostendit Ulp. in l.1. de J. & J. cum inquit: Juri operam daturum, nosse priùs oportet, unde nomen Juris descendat. Nominalem autem definitionem, tribus constare membris perspicuum est,

est, scil. Etymologia, Homonym. & Synonymia, de singulis
breviter.

1342.

TH. II.

Quum verò Sacras. Imperat. in pr. Inst. de except. ait: Exceptiones defendendorum reorum gratia cum quibus agitur, comparatas esse, patet easdem instar armorum esse, quibus quis se defendit, inde exceptio dicta est, quasi quædam exclusio; excludit enim id quod in intentionem, vel condemnationem deducum est, l.2. pr. ff de except. Sed errant eximiè, exceptionis etymon, ab excludenda actione esse, qui putant, quia Ulp. in d. l.2. pr. non tam originem ejus explicat, quam exceptionem describit. Myns. ad rubr. Inst. de except. n.4. Trestl. V.2. D. 26. §. 1. lit. a. Nec obstat, quod dicit, dicta est, vim enim potius, quam vocem Ulp. ponderat, teste Wesenb. in p. C. de exc. n.2. pr. ac Bach. ad Treutl. d. l. Ulpianus in d. l.2. verbo exclusionis rem ipsam & effectum respicit, quoniam exceptio excludit regulam i.e. vim, ejus & potestatem, & efficiat ne reus ad dandum, vel faciendo condemnetur; Schneid. Inst. b. Tom. Disp. 34. ad Inst. §. 1. Descendit ergo Exceptio ab excipiendo; nonnulli hanc adducunt rationem, quod exceptione sic excipiatur actio intentata à debitore, quam in alium retorquemus. Verum, sicut cum ex regula detrahimus casus quosdam, excipere dicimus. Ita etiam quando actioni propositæ non esse locum contendimus. Donell. ad rubr. C. de ex. n.11. Myns. ad rubr. Inst. b.

TH. III.

Homonymiam quod attinet, hæc sane quam latissime hic se diffundit. Exceptionis enim vocabulum significat interdum arripiere, complecti, ut maledicta, verba, sententias, mandata, idolores & huius generis alia. Quod cum ab institutione ferè alienum, ad id potius, quod præsens tractatio efflagitat, deveniendum. Accipitur verò aut latè seu genericè, pro omni defensione, sive ea replicatio sive duplicatio, sive triplicatio, sive quadruplicatio sit per l.2. §.1. ff de except. §.3. Inst. de replicar. Aut strictè & specificè pro eis, quæ actionem dejure Civ. subsisterem excludit tis ff. & C. de except. & sic replicatio & quadruplicatio huic videntur contraria, prouti §. ult. dice-

A 3

tur.



tur. Et hæc acceptance ~~in~~ excipere est excludere, vel exime ~~re~~re aliquid de numero & regula dict. l. 2. b. vocatur & conditio propriæ formulas, non, nisi &c. in l. 22. b. t. qvarum tamem usus hodiè nullus Zang. P. 1. c. 3. n. 18. Tract. de Excep.

TH. IV.

Est autem exceptio actioni objicienda... Quid si actio nulla competit, vel quæ competitorat, solutione, novatione, compensatione &c. sublata sit? Resp. quærendum hac in quæstione, an actio competit, vel juris vel facti ratione, nec ne. Si juris, certum est, Prætorem nullum actoris Jus reprehendenter actionem denegaturum l. 27. in pr. de V. O. l. 30. de solut. l. 27. §. 1. de min. l. 26. §. 4. ex quib. caus. maj. Sin facti (quod apud judicem pedaneum examinatur,) vel hoc puta solutionis, novationis &c. actor fatetur, vel iniiciatur. Si facetur & tum Prætor quoq; actionem denegabit, cum ex facto isto constet, omne Jus agendi sublatum esse. Sin iniiciatur, non sufficit simpliciter intentionem actoris negare, quippe quam per falsas probationes à judice imperito, vel corrupto forsan obtinere, potest, sed ipsius facti solutionis &c. probatio reo est necessaria, quæ probatio fit post objectam exceptionem, quæ reum ipso jure tuetur l. 9. de R. V. l. 34. §. 1. de O. & A. Accurately ergo loquendo exceptio facti, seu intentionis, seu tibi non competit, actio, nudam denotat allegationem, quia obligatio ipso jure sublata fuit, tolli verò via exceptionis & tolli ipso Jure regulariter opponuntur: & sine jure agendi nemo experiri potest l. 5. ff. de negot. gest. adeò ut si judici constet, actionem non habere Jus agendi, debet eum à judicio repellere, etiam si reus non exceptiat arg. l. 40. C. de transalt. Quia verò reus in facto sese fundat, ac proinde idem probare debet, huic exceptioni non omnis adimerem exceptiendi vim, siquidem exceptio, ut litis ingressum impediens & à responsione & à litis contestatione reum liberat. Non. Ordin. Judic. Sax. T. XI. §. 18. wehren dann. Dn. Carpz. Proces. T. XI. art. 7. n. 25. & l. 2. Reh. 58. Zanger. de except. p. 3. c. 20.

TH. V.

Super est adhuc in definitione nominali, ultima pars; Synonymia scil. seu quomodo alias exceptiones posteriori illo signifi.

1385

gnificatu nominentur. Varia autem in Jure ejus sunt synony-
ma, l. 14. l. pen. ff. b.c. l. 50. §. 1. de judic. l. 8. l. ult. C. b. t. l. 13. C. de
procurar. l. 29. pr. de except. rei judic. l. 11. l. 13 ff. b. Vocantur enim
Præscriptiones in cit. ll. add. Excell. D. Struv. Exerc. 46. §. 3. Unde in scriptio tituli C. non concipitur de exceptionibus & præ-
scriptionibus, quasi rebus diversis, sed de exceptionibus seu præ-
scriptionibus. Donell. ad rubr. C. de except. n. 15. quia verbum
præscribere inter alia significat dictare (dictat enim reus & præ-
scribit, exceptionem opponendo actori, quomodo intentionem
concipere, aut actionem sibi dari postulare debuisse Zang. d. l.
n. 12) & ostendere alicui, quomodo se gerendum habeat & quid
facto opus sit, quod quilibet reus, qui exceptione utitur, facere
intelligitur. Vid. l. 34. §. 3. ff. de leg. 3.

TH. VI.

Nec quicquam facere potest, quod nonnulli dicunt exce-
ptionem à præscriptione distare, ut genus à specie, ut notat Myn-
sing. ad pr. htc: vel quod asserunt, distinctas diversasq; res esse,
quia separati tituli, de excepti: & præscriptionibus t. t. ff. & C. de
except. t. t. C. de præscripti. long. temp. t. t. ff. de div. temp. præscripti.
Reponimus enim, quod præscriptio generaliter accepta, sit quæ-
vis exceptio arg. rubr. C. de except. l. 23. ff. eod. l. pen. & ult. C. b.
l. 13. ff. de Solut. specialiter vero usurpata, quæ ex longa posse-
sione proficiuntur t. t. C. de præscr. long. temp. t. t. ff. de div. t. t.
temp. præscr. nihilq; aliud quām exceptio temporis est l. 5. §. 1.
liz. ff. de Div. & temp. præscr. l. pen. C. de præscr. 30. ann. add. Zang.
de except. P. i. c. 3. n. 26. ubi tamen vix ferri poterit, quod, exce-
ptiones & præscriptiones esse easdem, probare hoc simili vult,
quia Legatum & Fideicommissum idem significant. l. 1. ff. de leg. n.
eum d. l. 1. non de identitate, sed exæquatione, quæ cœlo distant,
tractetur.

TH. VII.

Sciendum vero, exceptionem quæ in Legibus præscriptio-
 dici solet, jam actionem perimere l. 29. de exc. rei judic. l. 91. de
solut. l. 11. l. 23. b. t. l. 12. §. 2. de inoffic. test. jam saltim eandem
differre, ut est præscriptio moratoria l. 2. C. de prec. Imp. offer.
jam judicium omnino declinare, ut est præscriptio fori l. 13. C.
de



1346.

de procurat. l. 29. C. de pass. Excell. D. Struv. Praeceptor meus adhuc colendus Exercit. 46. §. 3. Exceptiones præterea præjudicia dicuntur. ff. de exc. prescr. & prejud. de quo Rayard. lib. I. de prejud. c. 7. & seqq. Zang. par. I. c. 3. n. 31. 32. 33. Quidam exceptionem præjudicii appellant exceptionem præjudicialem: de qua protestant rx. in l. 16. & 17. l. 18. & l. 21. D. de exc. l. 54. D. judic. l. 5. C. de petit. hered. Dicta autem est hæc exceptio, quod per eam, videatur præjudicium fieri qvæstiōni alicui, qvæ cum ea, qvæ in judicium deducta est, aliquam habet affinitatem, ita ut si hæc decidatur, & illa per consequentiā decisa esse intelligatur.

Th. VIII.

Hæc de nominali, nunc ad reālem, qvæ Interpretibus dicitur fax & anima totius tractationis, qvæ rectius percepta totum rectius percipitur negotium. Omnis verò reus, judicio qui contendere paratus ad defensionem suam, aut inficiatio utitur, aut depulsione Vinn. ad. pr. J. b. Inficiatio est, cum negat ullam actori esse actionem, de eo quod petitur. Depulso cum reus de actione confitens, rām in jure quam in facto, ei defensione utitur, qvæ actionem removet. Illa nunc defensio in usu Juris appellatur exceptio. Considerari autem ea potest quatenus proponenda adhuc, sicq; Ius excludendi seu elidendi est, id, quod ab auctore intenditur Excell. D. Struv. d. Exerc. §. 2. Vel ut proposita in judicio, quam acceptio n̄ h̄c desideramus.

Th. IX.

Cum verò s̄pē accidat, ut licet ipsa actio sit justa & Jure fundata, si per se consideretur; iniqva tamen sit adversus eum, cum quo agitur pr. & §. 1. J. de exc. Unde exceptionem ita definit Theophilus, ut sit allegatio qvædam reo competens, adversus actionem, qvæ Jure Civ. sit inefficax, sed natura iniqvas habeat vires: quam, cum adeo commodum genus præse non ferat, ac de differentia specifica sileat, missam facio. Ego definitionem ex Ulpiano l. 2. impr. ff. b. defumo, qvæ hæc est, quod sit exclusio (legitima) qvæ interponi actioni cuiuscunq; rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem condemnacione deductum est. add. Bach. ad Treul. V. 2. D. 26. §. 1. Alii

cum



1347.
cum I^oPaulo in l. 22. eod. illam per conditionem describuntur.
Et si quod res eset dicendum, parum immo nihil in definitionibus hisce differentia incepitur, nisi quod illa forma exceptio-
num substantialis, haec earundem effectus specialiorem con-
tineat designationem. add. Excell. D. Struv. d. 1. §. 2. Condicio
autem vocatur respectu habito ad veterem formula prescripta
modum l. 1. §. 6. ne quid in sum. publ. quae tamen hodi^e relega-
ta, cum quibus eunq; verbis sive scriptis, sive non, fieri possit,
de quo supra.

TH. X.

Qvo verò hujus definitionis requisita innotescant, illa lo-
gice examinanda veniunt. Non ignotum, definitionem o-
mnem genere & differentia constare debere, quæ & hic appa-
rent. Generis loco exhibetur exclusio, seu jus excludendi,
sicut enim actio in pr. f. de Aff. definitur jus perfervendi, ita
quoque Jus excludendi ipsa exceptio erit, utpote actioni opposi-
ta. Differentia sumpta est, 1. à formalib; est enim exceptio
legitima, quædam exclusio, l. 2. pr. b. Si sc. probata sit à reo.
Legitimum namq; hoc est, à Lege quod probatur & secundum
eam sit. 2. ab objecto in verbis hisce, Cujuscunq; rei, & qui-
dem ad excludendum id, quod in intentionem, condemnatio-
nem deductum est; siquidem non tantum actioni intenta-
tz, sed & executioni exceptions opponi possunt. 3. à sub-
jecto, quod reus constituit, nihilq; inter est, quod non ex-
presè harum personarum fiat mentio, fit tamen evallax dñs seu
implicitè. Hinc quando dicitur, quæ actioni cuiusq; rei so-
let opponi, nihil est aliud, quam quæ à reo actori objici solet;
siquidem exceptio, ut accidentis requirit subjectum.

TH. XI.

Ita verò exceptione elidi actionem intelligendum est, si
actioni opponatur; nisi enim opposita fuit nihil operatur, sed
necessariò sequitur condemnatio §. 1. Inſt. b. Neq; ante actionem,
exceptio proponi potest, ut in thesi antecedenti dictum
l. 2. ff. de Exc. l. 5. §. f. ff. de Dol. exc. nisi in causa necessitatis, ut
sodolose extrahat actionem actor, usq; dum reus absfuturus

B

est,



1348.

est, per l. si ita quis §. Seja ff. de V. O. Wesenb. in n. C. des
except. n. 9.

TH. XII.

De definitione hactenus, Originem nunc & causam exceptionum impulsivam investigare ac inquirere, animi fert Lubentia. Ad scribo autem eandem Juri naturae sive Gentium partim, partim Juri Civ. Sunt n. ex æquitate, ut in pref dictum, contra Juris rigorem & summam rationem introducatur l. i. §. i. de Doli exc. l. 3. & ibi. Dd. ff. de J. & J. in qua omnis defensio Jure Naturæ introducta, asseritur. Vid. & §. i. Inst. h. adeò si, quod sicer ex communicatus ab agendi c. 8. c. 12. except. non tamen ab excipiendi ac eatur facultate d. c. 8. c. 5. eod. Deinde ex mente Vinnii sic argumentor, si exceptiones ex formulâ iudicij natræ, iudicia autem originem habent ex Jure Nat. primum augmentum ex Jure Gent. l. 2. pr. ff. de O. 7. (sic cognitum fuit iudicium tempore Moysi Deut. 24. ibi: non pervertetis iudicium advenie & pupilli &c. Jerem. 22. facite iudicium & justitiam) quid ni & ipsæ exceptions? Nec alicujus pondus est, illud Corasii 2. Misce. c. 16. m. 10. Exceptio est actionis exclusio, l. 2. b. & actiones Juris Gent. inventione sunt à Jure Civ. in ordinem posita, ergo non ex Jure N. Non enim querendum, unde actions formam & normam acceperint, sed unde exceptio originerentur descendat. Hinc est quod Dd. volunt, eas in Paradiso ortum jam habuisse, exceptionem enim usus est Adam, dum culpari violati mandati, de non vescendo pomo in mulierem Eam transstulit Gen. 3. v. 12. Quid vero obvertitur: Quid est origo? An non rei principium? ubi autem id dabitis, si res ipsa non subsistit? at res subesse non potest præterquam à forma adsit. Resp. Jure Gentium forma essentialis exceptionum constitit, in sui defensione, modum vero defensionis expolivit Resp. Romana.

TH. XIII.

Divisionem quod actinet, plures passim traduntur, quas omnes hic commemorare ac recensere, animus non est; Celebriorum hinc in Jure potissimum Civ. mentionem saltem facia. Desumuntur autem vel à causa efficiente l. materiali, vel à fine & effe-



2. de
am ex-
i fert
ntium
ictum;
t. t. §. 1.
fensi-
led si,
non
Deinadē
ulā ju-
at, pri-
cogni-
ever-
lificium
s pone-
t actio-
e font
enim
perint,
qrod
tione,
e non
Qyod
ium?
se non
forma
dum
r, qvas
t; Ce-
im fa-
l à fine
& effe-

et effectu. A causa efficiente, quædam sunt Civiles, quædam
Prætoria §. 7. Inst. de exc. Illæ qvæ ex legibus, vel legis vicem ha-
bentibus descendunt, ut SCtis, Principum Placitis: Hæ verò
ex Prætoris jurisdictione ortum trahunt d. §. 7. Plerasq; præ-
torias esse, civiles perpaucas, notant Giphan: Mys. ad d. §. n. 5.
qvin imò Vinn. ad d. §. Inst. hæc scribit; Exceptionum ex Le-
gibus propriè dictis descendantium nulla mihi occurrit, arbit-
rator tamen exceptionem rei judicata ex Lege 12. tab. esit; ad-
ditq; aliam ex 12. tab. si telum manufigit ad d. §. 7. f.

Th. XIV.

Ex Principum Placitis, oritur exceptio divisionis inter-
plures fidejusfores §. 4. f. de fidej. qvæ ex l. 26. ff. & l. 3. C. de
fidejusf. describi potest, qvod sit fidejusforibus tributa quo-
rum si unus de toto conveniatur, is, si ceteri, tempore litis
contestatae solvendo sint, non nisi in virilem partem tenetur.
Incidenter hic fidejusorum beneficia tangere lubet; tria verò
sunt. 1. Est beneficium ordinis seu excursionis, ut creditor
prius debeat principalem debitorem usq; ad succum & peram
excutere. 2. Divisionis, de quo dictum. 3. Cedendarum
actionum, ubi creditor fidejusforibus, qvi pro confidejusori-
bus solverunt, actionem cedit. Oritur quoq; ex Imperiali-
bus Constitutionibus exceptio non numeratæ pecunia §. 2. f.
de exc. l. in contractibus C. de non num. pec. Fom. D ad Inst. 22.
9. 2. 3. & 4. lit. c. p. 470.

Th. XV.

Ex SCto descendit exceptio SC. Vellejani t. t. ff. & C. ad
SCt. Vellej. item Macedoniani t. t. ff. & C. ad SC. Maced. §. pen.
Inst. qvod cum eo qvi in alien. pot. vid. Dn. Carpz. in Processe
Tit. 12. A. 3. n. 31. qvæ incidenter hic pertractantur, sunt enim
peremptorix. Qui exceptioni locus, nisi filiusf. in rem
patris necessariam acceperit mutuo pecuniam l. 7. §. 12 ff. ad SC.
Maced. Vel pater consenserit l. 2. l. 4. & ult. C. eod. Vel filiusf.
paterf. factus debitum agnoverit l. 7. §. ult. & l. 9. pr ff. ad
SC. Maced.

Th. XVI.

Exceptionum à causa materiali fluentium altera divisio,
B 2 qvod

1350.

quod fint vel in personam, vel in rem §. fin. Inſt. de repl. §.7.
J. b. l.7. ff. eod. In personam sunt, personæ quæ cohærent, alii
verò ut successoribus & fidejusoribus denegantur. l.196. ff.
de R. J. v.g. est exceptio, quod quis ultrà posse non sit con-
demnandus §.36. J. de act. l. 20. ff. de re judic. Except. metus do-
li &c. quibus de infrā. In rem seu reales exceptiones sunt,
quæ ex ipſa repetita veniunt, ut except. rei judicatae, Jurisju-
randi, transactionis &c. Et hæc & fidejusoribus & successo-
ribus rectè accommodari possunt.

TH. XVII.

Porro ab effectu vel Dilatoria sunt, vel Peremptoria,
ſeu quod idem temporales & perpetui; Illæ actionem ad
tempus suspendunt, quia ad certum obstant tempus, quo elat-
plo totum amplius non habent §. 10. J. b. Hæc verò totius negoti-
i cognitionem tollunt §.9. J. de exc. l.2. C. de prec. Imp. offer-
quia agentibus ſemper obstant. d. §.9. Vid. §.8. J. b. t. l.2. §.fin.
l.3. ff. eod. l. pen. C. de exc. l.7. eod. de his per emptorii verum
eft, quod l.112. ff. de R. J. dicitur: Nihil inter eft (effectu-
nus) ipſo jure quis actionem non habet, an per exceptionem
infirmitur. V. Jacob. Godofr. add. l. p. 486. Excell. D. Struv. d.
Exexcit. §.5. Mixtas nullo modo agnosco, cum quas tales
Dd. fingunt, ad illas duas species referri possint. Vid. Colerue
ad c.6. X. de exc. n.40.

TH. XVIII.

Dilatoria ſeu temporales, quat. vel pertinent ad judi-
cium, vel causam in judicium deductam, considerari posunt.
Judicium ſeu ejus procesum, quæ reficiunt, concernunt ite-
ram vel ejus extrinfeſa, ut ſunt exc. loci non tuti, aut tempori-
ris angulti, it. feriarum. Excell. D. Struv. d.l. Vel ejus intrin-
feſa, personas ſcil. id conſtituentes, Judicernim. respectu cu-
jus judicium vel pro rorū declinant, vel saltim diſſerant, utpo-
tè q. v. ſunt de extrinſecis judicij circumſtantia. Quæ verò
declinant judicium, ſunt exceptio fori declinatoria ſeu incom-
petentis l. p. n. Tult. C. de judic. Exceptio Præventionis, except.
Recuſationis judicis. Quibus de eommodiū, primitus, qui-
bus Reus modis forum ſortiatur, ſi ſcimus agere poterimus.

Et



1351.

Et quamvis multum inter sit scire, ubi quis forum sortiatur, placet nihilominus quam brevissimis, rei hujus mentionem facere. Hoc autem quatuor praincipia fit ex causis, Domicilii scil. contractus, delicti & rei qva de agitur. De privilegiatis aliisq; minus principalioribus Vid. Zang. c.i. part.2. n.389. Et seqq.

TH. XIX.

Domicilium in loco originis, seu Domicilii Patris habere quem præsumitur l.3. C. de municip. & origin. l.6. in pr. & §. f. l.17. §.ii. ff. ad municip. l.26. ff. de capt. & postl. revers. Quemadmodum autem non solus fundi ingressus, ad retineendam possessionem sufficit, sed animus insuper & voluntas desideratur §. idem placet Inst. per quas pers. cuiq; ac qui. Ita ex sola Domus inhabitacione aliarumve rerum, immobilium scil. in aliena Civitate aut regione seu territorio comparatarum & acquisitarum possessione, Domicilium non probatur, nec constituitur d.l. 17. §.15. ff. ad municip. Sed ex animo & voluntate aliebti Domicilium habendi l.4. C. de Divers. offic. & appar. Jud. l.5. ff. de captiv. & postl. revers. ex qvlbus patet Domicilium aliud esse naturale, qvod tam ex propria quam Patris persona acquiritur l.7. C. de incolis; aliud vero accidentale, qvod ex assumptione comparatur V. Dominus Carpz. P.2. Decisi. i. à n.7. Qibus vero modis Jus Civitatis seu municipii quis conseqvatetur, habet Excell. D. Struv. Exercit. ult §. 49. Et seqq. De reliquis contracti Domicilii conjecturis Vid. Zang. c.i. part.2.

TH. XX.

Ratione loci in quo Reus contraxit, ac ibi invenitur per clara verba l.19 ff. de judic. l.1. ff. de eo qvod cert. loc. l.22. ff. si certum petatur. obnoxius fit jurisdictioni etiamq; Clericus sit. Non Obst. e. si diligenter de for. compet. Nam Pontificem abuti ratione l.38. ff. de pat. autor est Jacobus Cujac. ad hanc legem Zang. d.l. c.i. part.2. n.108. Contractum autem accipimus omnem, ita ut non tantum accipiatur pro eo, qui ultiro citroq; obligationem producit, quales emtio, venditio, locatio, societas sunt &c. d.l.19. §. 1. & 2. ff. de V. S. Sed etiam pro

B 3

con-



contractu quasi, quoties quis alicui aliqua ex causa obligatur.
Bocer. ad leg. contractus ff. de R. f. c. i. n. 4. & eam quoq; vox
 hic loci complectitur obligationem, quæ ex delicto privato
 venit. *l. i. l. 4. ff. de Oblig. & act.* Locus vero contractus intel-
 ligitur, in quo, ut quis solveret, se obligavit, licet alibi con-
 tractus sit celebratus *l. 21. ff. de O. & A. l. 19. §. f. ff. de judicio. V.*
Zang. d. l. n. 140. & seqq. Quid si de loco expressum non con-
 venit, locus contractus erit, ubi negotium gestum est, *d. l. 19. §. i.*

TH. XXI.

Ratione delicti, quod publicum est sortitur quis forum
l. ubi illud est commisum per *l. 3. ff. de offic. Praesid. l. 7. S. pen. &*
l. f. ff. de accus. l. i. & Avth. qui provincia C. ubi de Crimine ag-
oportet. Nov. 69. o. i. l. i. C. ubi Senat. & Clar. (excepto crimi-
 ne locæ Majestatis *l. 7. C. ad L. jul. Majestatis vid. l. fin. C. ubi*
Senat. & Clar. it. c. 4. X. de judic. quod solum Imperatorem
 Judicem habet, adde *dd. txx. lun. C.* si quis Imp. maledix,
Ordin. Camer. p. 2. T. 2. §. 618 nemlich für das Eiste) l. ubi est in-
 choatum *d. l. i. C. ubi de Crim.* famosissima quæstio est, quis
 scil. locus delicti commissi dicatur, an in quo est incepsum,
 an in quo consummatum; ut Caius interterritorio Titij, explo-
 dit Slopetum ac eo in Sempronii Territorio Mævium occidit.
 Puto esse Wesenbœcio *ad d. tit. C. subscribendum*, sortiri forum
 Cajum & ubi delictum incepit, & ubi consummatum, & Col-
 leg. Argentorat. *Tit. de judicis §. 232.* poterit tamen alter judi-
 cum, alterum in Procesu formando prævenire, ac præve-
 niens solus puniendi facultatem habebit.

TH. XXII.

Si quis verò in confinibus duorum Territoriorum deliquerit,
 uterque Dominus contra delinqventem rectè procedit, cum in-
 utriusq; Territorio deliquisse quis videatur, maximè si cada-
 ver amborum tangat territorium & sanguine signet, alias cum
Magnif. Carpz. P. 3. Q. 110. n. 36. quæstionem hanc judicis arbitrio
 committerem, adde *Wurmser. Exercit. 3. ad Jus Publ. in*
Corollar.

TH. XXIII.

Si de Re controversia sit, forum quis sortitur ubi res est
 sita

1553.

lita l.38. ff. de judic. l.1.C. ubi in rem actio, id quod & in Clericis
verum est l.3. & 5. X. de foro compet. Duplici autem modo
ratione ipsius rei agitur, vel ad proprietatem, vel ad possessio-
nem consequendam. Quod attinet judicium petitorum,
Imperatores in l. fin. C. ubi in rem actio, expressè jubent, acto-
rem rei forum sive in rem, sive in personam sit actio sequi des-
bere. De possessorio textus satis perspicuus praestò est in Lunc.
C. ubi de pos. ag. opòrt. ubi bene Weisenb. Forum competens
propter delictum ibi est, ubi vis facta est: propter rem, ubi
possessio instituenda est; hinc generale admittitur axioma: i-
ibi de possessione vel quisi agi potest, res ubi constituta est;
nec nocet, quod ille, qui vim fecit, in loco domicilii conve-
niendus sit. Quidam Resp. et si interdicta sunt personalia ini-
rem tamen scripta sint l. fin. ff. de interd. consule & Colleg. Ar-
gent. n. de judic. §. 248.

Th. XXIV.

Famosam suprà reliquimus distinctionem, cuius nunc
explicatio tangenda venit. Quod verò exceptions judi-
cium proslus declinantes concernit, primo se sistit loco, exē.
incompetentia, quæ datur I. respectu judicis, qui, ut ut alias
sit omni exceptione major, dum in præsenti causa JUDICIONEM
non habet, judicare nequit: Deinde alia est exceptio contra-
judicem, quæ dicitur recusatoria: scil. competens quidem ju-
dex est, sed exceptione laborat. Nec inter est sive sit ordina-
tius l.9. ff. de liberali caus. l.2.C. de pedaneis Judicibus: Vel dele-
gatus, ut si non producat mandatum l.1. C. de mand. Princip.
aut mandatum sit revocatum l.58. de judic. aut si intra præscri-
ptum tempus delegatio non fuerit expedita c. de causis 4. de
offic. & pot. judic. de leg. II. Respectu rei conventi, quo de mo-
do diximus: Vid. l.19. §. f. ff. de judic. l.1. C. ubi de crim. agi potest
& deniq; c. fin. de for. compet. III. Respectu ipsius causæ, in-
competentia exceptio datur, si judex supra suam judicet juris-
dictionem l. f. de jurisd. Cum verò in præcedentibus explicavi
fori competentiam, facili negotio ejus incompetentiam per-
spicere possumus, contrariorum enim cognitio uno, facile
cognoscitur & alterum per l.57. inf. ff. manum. vindicta.

Th. XXV.



1554.

TH. XXV.

Observatione autem dignum est, exceptionem hanc, ut ceteras Dilatorias, primo statim in termino objiciendam esse, & probandam. *Dn. Carpz. tit. g. art. 2. §. 1. n. 2. §. 26.* neq; in scriptis eandem allegari sufficit, cum super ea statim sit pronunciandum, nisi notoria sit. Notoria enim ulteriori non indigene probatione, nec in iisdem juris ordo observatur. *cap. ad nostram X. de jurejur. add. Carpz. d. l. n. 9. §. 10.* Qvo fit, ut Principum de non appellando Privilegia, Cameræ Imperiali semel insinuata (de qua necessaria insinuatione vid. *Reces. Imperii de Anno 1570. S. Wir seken ordnen/ und wollen auch: & Reinking. de Regin. lib. 2. cl. 2. c. 8. n. 49.*) & ob id notoria, ad declinandam provocationem, ad Cameram intentatam in scriptis saltim allegari sufficiat. *Arum. in disc. 5. ad A. B. conclus. 16.* Oretenus ergo extra hunc casum dicta exceptio proferenda per l. 5. ff. de judic. ibi praetorius est estimare an sua jurisdictione; & è verò *V. Wesenb. 2.* si quis in jus vocat n. 1. in f. de casu dubio accipit si verò res manifesta sit, judicem incompetentem esse, tū citati ad comparendum non coarctantur: quos sum spectant verba *Lancellotti in suis Instit. Juris Canonici L. 3. T. 5.* fit tamen interdum ibid. lit. d. p. 621. bona notata: Ceterum, ut de privilegiatis & Exemptis à Jurisdictione Camerali iterum dicamus, citati Cameræ autoritatem non contemnere valent, sed venire debent ad privilegia alleganda, nisi velint expensarum restitutionem sentire:

TH. XXVI.

Qvæ judicium porrò declinat, est exceptio Præventionis, cui tum locus relinqvitur, quando Reus, pluribus qui in locis, ob unam eandemq; causam sortitur forum, ad unum judicem legitimè citatus ad alium postea vocatur, proinde illa est occupatio jurisdictionis alterius judicis. Hinc non nuda supplicatio, vel libellus Principi dependenti oblatus, nec ejusdem Rescriptum præventionem producit, cum hoc ipsum *l. 1. C. qvand. libell. de summo Principe consignatum sit. Dn. Carpz. d. art. 3. n. 21. 39.* Ejusdem effectus est, ut Reo ab instantia judicij

abso-



1355.

absoluto, actor ratione litis perditis ad priorem judicem, quasi præventus remittatur. *Zang. c.3. n.3.* Ubi enim judicium coptum est, ibi finiri debet. *l.30. ff. judic.* Nam inter duos ius regale habentes, melior semper est conditio prævenientis *arg. l.7. & l.30. ff. de jude. l.5. inf. C. qvi accus. non poss.* atq; verum licet quis per unius horæ, qvin, in uno unius momenti spaciurn præventus fuerint. *Glos. in c. duob. vers. si non appareat X. de rescripto in sexto. add. Dn. Carpz. d. l. n.18.* Et hoc est quod vulgo dicitur primo occupanti locum esse concedendum *cap. crucis X. de rescript.*

TH. XXVII.

Qvod vero diximus de nuda X. Principi dependenti oblatâ supplicatione, hoc non procedit in Cæsarea Majestatis exhibito supplice libello, facit enim talis libellus præventionem & litis pendentiam, qvia operatur litis contestationem, per quam in judicio quasi contrahitur *l.3. §. n. de pecul.* Estq; hoc speciale jus Cæsarea Majestatis, dummodo supplicatio fuerit insinuata. *l.1. C. quando libell. Principi darus faciat litis contest.* Qvod enim de Cæsarea Majestate, asserimus, id & in Camera Spirensi locum habere statuimus, qvia Eadem Imperatorem & Status Imperii. repræsentat. Horum vice judicat. *Ordin. Cam. part. I. F. 12. §. und solche. Tit. 27. §. und soll der Vorwalter Dn. Carpz. d. l. n.28. Colleg. Argentor. Tit. de except. Exceptions. 7. p.168.*

TH. XXVIII.

Duo ergo requiruntur, ut hæc Exceptio Præventionis subsistat 1. ut reus unius, ejusdemq; rei causa, plures habeat iudices, 2. ut legitimè ab uno sit citatus. *c.1. X. de for. compet.* Illegitima enim citatio nullum producit effectum, nec constituit aliquid in mora, nec perpetuat jurisdictionem *Zang. d.l. n.15.* Reclè hinc laudatus modo *Carpz. n.43.* inquit, Unicum verè esse modum, hanc qvi gignit exceptiouem, legitimam, nimirum citationem. Quid vero sentiendum, si judicium concursus praestò sit & quis à singulis judicibus ad domum ciratus sit, ita ut constate nequeat, qvæ nā citatio prior ad ejus notitiam per venerit? ad hoc decidendum, dist. cum *Zang. d.l. n.26.* qvod si

C

inferior

1336.

interior concurrentem habebat jurisdictionem, cum superiore sibi ab eodem cumulative concessam; nullam inferior habet causam; cur superiori causam cedere nollit, cum cumulatione illa superior retinuerit sibi jurisdictionem eandem & majorem. Qvod si jurisdictione sint parés, vel inferiori cumulative Jurisdictio nō sit concessa, liberum ipsi an sibi invicem causā deferre velint: Si vero in eo disenserint, sorte litigium componendum est. arg. l.14. ff. de judicis, nec litigantium erit eligere, quem velint judicem habere, cum hic potissimum & Judicium prae judicio agatur, quorum interest, ut eorum defensatur. Jurisdictio c. 14. X. de for. compet. l.7. ff. de judic. Nec Obstet, qvod Reo plures judges habent, actori detur electio. Iug. §. ult. l. sed et si suscipit §.3. ff. de judic. l.25. pr. C. de Epist. & Cleric. hoc enim verum est, re adhuc integra non vero si cito jām jām secuta.

TH. XXIX.

Citatio porro per contumaciam utriusq; litigantis circumducta annulatur l. properandum §.1. C. de judic. l. & post editum §.2. ff. eod. ac conseqventer preventioni locus esse negavit. Secus vero se res habet, si una saltim pars contumax existenter, sicq; nihilominus effectu hujus exc. per citationem representatur non solū propter autoritatem sententiae seu rei judicatur, quā Reo injuncta fuit responsio, cui praevisse standum, nec retractare eam licet l. 207. ff. de R. J. l.7. §.1. ff. de compensat. Sed etiam qvod citatio jām peperit effectum contumacia, tantū abest, ut annullata dici queat. Idem statuendum erit, si actor emaneat, nec puro cum Zangero transeundum esse, qui Tr. de except. P.2. c.13. n.12. credit, qvod per contumaciam actoris litis pendentia, non inducatur, cum citatio in suo per maneat vigore l.7. ff. de judic. vid. Dn. Carpz. in Proces. T.9. Art.3. n.58.

TH. XXX.

Deniq; nec silentio prætereundum, qvod & à Commissionis citatio emissa, litis pendentiam pariat ac Exc. preventionis, judicio ordinario recte oppotatur; Durante enim Commissione Jurisdictio judicis Ordinarii suspensa censetur per optimum tx. in c.22. verb. propter qvod &c. X. de rescript. ac ur.



1357.

ac urgeo universalitatem l.7. & l.30. ff. de judic. nec ferendus actor, ut desultoria levitate semel aditum judicem, qui emitendo citationem, in sinuando suam roboravit Jurisdictio- nem, labore & sumptu fatigat reum, in modo coercenda haec perver- sitas. Ex quo patet Ordinarium Judicem queri non posse, si se præterito, aliis delegatio facta fuerit. Limitatur vero hoc, si homines fortè malitiosi existant, qui vel ex pravo affectu, vel Causidicorum perulantia, Commissionis remedio abutan- tur, efflagitantes illud, saltim quo post item finitam executio- nis se substrahant, vel novis technis, partem implicent adver- sam, & Processum-Ordinarium jām institutum removentur. Ex adverso & Commissariis opponi potest exceptio præven- tionis, cum de Principe non præsumatur, quod Jus per proces- sum adhibitum auferre velit, cuius intentio certe illâ Commis- sione fuit, ut utraq; parte consentiente, Commissio protra- stāda compositione suscipiatur l.2. §. 16. ff. neq; vid. in loc. publ. Carpz. in Proc. T.9. Art. 3. n.74. & n.86.

TH. XXXI.

Tertia judicii declinatoria suspecti Judicis exceptio est: Zang. d.l. qvilibet enim Judex etiam ordinarius propter suspi- cionem removeri potest. l.12. C. de Judic. Nov. 53. §.1. c.4. X. de for. compet. hancq; sententiam vocant canonizatam c. cum Speci- alia X. de appell. V. Oldend. Clasf7. Aet. 1. p. 1069. Umm. Diff. 1. ad Proc. Tb. 9. n. 52. Dn. Carpz. in Proc. T.2. Art. 4. n. 82. Si vero Princeps Commissarium dando addiderit clausulam remota recusatione, ille recusari non potest, nec ansam querulandi teus habet, cum si forte iniqua feratur sententia, ab eâ appellare aut alio remedio suspensivo aut devolutivo uti posset l.1. §.4. D. à qvib. appell. non licet. de levi vero non de gravi suspi- cione hoc accipiendum. Zang. d.l. c.4. n. 12. Ceterum de su- spicionum causis vid: Zang. par. 2. c.4. n. 20. Qvarum Prægnan- tes sunt inimicitia capitalis, Consanguinitas, amicitia, impe- titia. Marant. part. 6. n. 67.

TH. XXXII.

Omnes autem Judges dari possunt, qui Jure non sunt prohibiti. Prohibentur autem qvidam vel natura, vel legē,

C 2

vel



vel moribus l. 12. §. 2. ff. de judic. l. 39. & l. 46. ff. eod. Natura sur-
dus, mutus, perpetuo furiosus impubes d. l. 12. & l. cum furio-
sus ff. de judic. quia hi animi, illi corporis vitio impediti, munus
judicandi obire negantur. De cœco aliud dicendum l. 6 ff.
de judic. sicq; Dd. sentiunt, qvod posit antivam dignitatem,
superveniente eccitate retinere, novam autem non adipisci
l. §. qvamvis ff. de postul. Removetus, quoq; à judicandi pro-
vincia minor 18. annis l. 57. ff. de re judic. qvi, uti recte ami-
pliat Umm. d. Diff. 1. ad Proces. i. th. 8. 46. neq; ex consensu li-
tigantium, nec ex Decreto Principis, nisi forte ipsius dispensa-
re voluisse confiterit judex fieri potest, ratione qvæ re-
in l. 1. §. 3. ff. de postul. Juris imperitum cum Clar. Schnobele
Diff. 5. ad π. qvam nuper cum Jenæ studiis invigilabam publi-
citus defendi, non indistincte arcerem ob Nov. 82. pr. cum
posit causarum experimentum habere. V. Bronch. Centur. i.
Assert. 64.

TH. XXXIII.

Porro lege removetur, qui senatu motus est d. l. 12. §. 2.
& infam. l. 2. C. de dign. Nisi à Principe ex certa Scientia datus
sit judex. Principis enim scientia, vim specifica dispensatio-
nis habet, omnemq; persona defectum supplet. Zang. d. l. n. 3.
Moribus, ut foemine d. l. 12. l. 2. ff. de R. J. Discriminavit Ju-
Rom. foeminas à Viris olim in successione, dignitate, officiis
& communis conversatione vix & publicis muneribus: nulla
enim unquam aetas vidit foemina, Eqvitem, autem Senator-
em esse, nisi qvod teste Lampridio, Heliogabalus matrem
in senatu sententiam rogare justit. Rationes vero remotionis
hujus sunt, tum lubricitas & inconstans judicis multe sit-
tim, qvod honesto non sit consentaneum, ut viris misceatur
& judiciis assideat. Nisi aliud consuetudo ferat aut foemine
data sit Jurisdiction. Utrum & Consilium vel Senatus tanq; vam
inspectus recusari possit? qvod ad b. 30. spectare poterat
communis Dd. qvæ & usu observatur, sententia est negativa.
Bald. lib. 1. C. si rector provincie, M. scard. in tract. de probat. V. 2.
conclus. 952. Gail. lib. 1. obser. 33. Ni omnes essent suspecti, aut
major pars, aut etiam unus magnæ autotitatis, cui alii con-
statidere non audent. Bald. lib. 1. c. u. n. 72. de judic.

TH. XXXIV.

Th. XXXIV.

Solent quoq; Dd. judicij declinatoriam laudationis seu denunciationis exceptionem constitueré, qva conventus actio-
ne potest autorem suum, qui ipsi de evictione obligatus est lau-
dare, qvod est nominare & perere, ut ei lis denuncietur & ad
locum judicij vocetur ad reum defendendum l. 28. C. de evict.
li. & z. C. ubi in rem att. Hujus exceptionis formula hæc po-
test esse. Salva protestatione & reservatione excludet belliga-
teriuzfolge aufgelassener citatione citra animum litem conte-
standi, sagend/ das er das questionirte Haus/ durch rechte
beständigen Karst von N.N. an sich gebracht und Verkäuffer ihm
eviction verschrieben so thuri B. flagiter seinem Verkäuffer N.N.
litem denunciiren rechtlich bittend N.N. nechst überschickung
hinc inde ergangenem Acten den Krieg Rechtens anzukündigen/
und lebet denunciante des rechtlichen Vertrauens denunciati sey
im rechten ihu juverneten schuldig. De denunciationis forma-
li, Fine & effectu consule *Linnium in Disp. ii. ad Proc. 8.*

Th. XXXV.

Altera nunc sequitur Dilatoriarum exceptionum acceptio-
qva scil. de extrinsecis judicij circumstantiis sunt v. c. exc. ter-
mini angusti, Loci nonuti, & feriarum Zang. p.2. c.5. 6.7. Exi-
cell. D. Struv. d. Exerc. 8.5. inf. Fundata autem est exc. termini
angusti in Avth. offeratur C. de liis contess. Tempus autem
qvod reo in Jus vocato concedendum, congruum esse debet,
de eo in causis Civ. Vid. l.69. l.68. & l. & tertium ff. de judic. In
Criminalibus V. l. inter ff. de judic. post oblatum libellum,
pro inducis deliberatoriis 20. dierum spatium d. Avth. offer-
atur, statutum est. Ad actionem prosequendam reo postulan-
te, tribus Edictis perterritoris citandus est cunctans, ut intra
præfinitum tempus litem finiat. Avth. qpi semel. C. qvi modo
& quand jud. Nov. 112. c.3. §.25 ad probationes vero petendas
pro ut vel minus vel minus probaturus habitet; qvæ res ju-
dicij pro circumstantiarum qualitate arbitrandâ est; 3. 6. vel 9.
mensis l. i. C. de dilat. datæ sunt pro temporis & locorum di-
tia & conditione, it. causæ gravitate ex æquo terminum
vel contrahere vel extendere potest idem.

C 3

Th. XXXVI.

1359.



1360.

TH. XXXVI.

Loci non tui exceptio, quia reus in jus vocatus coram Juge compare reus recusat, quia sine periculo vita corporis aue bonorum subeundo, judicij locum adire nequit. Vid. l.3. ff. qvib. ca. maj. qvod & de Advocato & testibus verum est, cum omnibus locus judicij tutus esse debet c.47. X. de appell. Appellatur autem locus non tutus propter bellum, inimicos privatos, incarcerationem, torturam &c. l3. ff. ex qvib. ca. maj. & propter loci pestilitatem addo si in locis, per quos reus necessario transire cogitur, ut veniat ad locum judicij aliquid de illis impedimentis timet. c.4. X. ut lit. contest. Debet autem salvum citatus petere conductum, quem sidentiam, etiam gelid vocant, ut Judicij locus mutetur, vel differatur. Hujus exceptionis formulam in Camera Imperiali sic posse proponi: Practici ostendunt. P.P. Demnach zurecht wohlgeordnet/ daß keiner am solchen Ort/ da er in Sorgen und Gefahr sichen oder nicht sicher hinkommen/ noch freyen zu und Abgang haben kan/ ob er gleich dahin peremptoriè citiret wärde zu erscheinen schuldig/ und unverborgen daß N.N. Anhero zukommen. Keine sichere Straß/ wandel noch Wege habe/ dazhero die beschehene Ladung zu vor an ihr selbst krafft/ los ist/ zum Überfluss aber hat N.N. einen Execusatorem besage Vollmacht constituirer/ welcher bittet vermöge Heil. Reichs Ordin. zu Wormbs de Anno 521 zu erkennen/ daß N.N. mit eingebrachter exception Loci non tui bislig gehöret/ und entschuldiget sey. Sicq; Judex huic exceptioni non detulerit, liberè appellari potest d. c.47. X. de appell. Huc trahit exc. loci in honesti, ut est lupanarium. l.21. §.ii. ff. de recept. qui arbitr. de qua paucis Dd. tractant forte; qvod nemo judicum adeò sua autoritatis obliviscetur, ut in locum in honestum citare veller.

TH. XXXVII.

Feriarum Exc. qvod attinet habemus t.t. ff. & C. defer. Feriae autem vel publicæ sunt, vel privatæ alicujus familie & collegii.

collegii. Illarum usus prodest citato, qvippe cum die feriato
nihil, qvod tumultum judicarium excitat, peragendum. Pe-
ret. ad tit. C. de fer. add. Clar. D. Beijer in Disp. Tene de feriis no-
nisi habita. Privatae sunt qvæ in utilitatem hominum sunt
inductæ, ut feriæ mesium l.5. & 7. C. & feriæ, hæc autem ex-
ceptio & iis datur, qvi in mesibus non sunt occupati, licet
enim litigantes non operentur, posunt tamen eorum Advo-
cati procuratores aut alii qvorum ope utuntur occupati esse
l.5. ff. de fer. ibid. Wefenb. n.7. V. Carpz. P.1. Conf. 3. def. 22. n.6.
Refer hoc Exc. impedimenti, quando reus justis ex causis, qvæ
tamen probandæ, comparere non potuit, judiciq; id indica-
vit. Justæ sunt causæ, Consulatus, Sacerdotium, Nuptiæ &c.
l.23. & 4 ff. de ius voc. l.22. cod. l.5. §. 1. ff. qvibus ex causis. Vid.
Nov. v. c. 5. §. meminimus l.f. C. de jur. de liber. l.2. §. si qvis, &
§. ff. si qvis cant. l.53. § 7. l.60. ff. de re iudicio. 1.9. ff. ex qvibus ca-
mag. quo brevitatris causa me remitto. Hujus Except. formula
talis forte esse potest. P. P. Belägter were in termino
gern erschienen/ wann ihn die grosse Wasser-Fluth und Er-
gassing der Elbe notoriè daran nicht behindert/ wird des-
halbem pro contumace nicht zu halten/ sondern ob ex-
cept. notorii impedimenti billig zu entschuldigen seyn &c.

TH. XXXVIII.

De Exceptionibus Judicium differentibus hactenus, de iis
sunt ipsos qvæ litigatores concernunt agendum est. Ha vero
vel ex principalibus, vel ex accessoriis desumuntur personis.
Principales dicuntur, ad quas revera causa & negotium perti-
net, qvænam & procurator litis Dominus vocetur, id tamen
non nisi intuitu Procesus verum est, & cum hic agatur de di-
litoris, qvæ regulaliter ante item contestatam proponuntur,
minus commode procurator hic refertur, qvippè qvi per litis
demum contestationem Dominus salutatur. Bachov. ad Treutl.
Vol. I. D. 9. G. 3. lit. A. Tractabo autem de qvibusdam item
differentibus Exceptionibus.

TH. XXXIV.

Prima est exc. Legitimationis, qvæ ad actorem & reum
spectat,

1361.



1362.

spicit, nām in omni iudicio licet summario, personā ante omnia se legitimate tenentur, adeo ut si hoc facere neglexerint, profsus reddatur nullus. Hinc pupilli & minores absq; tutorum curatorum autoritate ab agendo & excipiendo excluduntur l.1. & 2. C. qvileg. pers. stand. Item Excommunicatus c.12. X. de Except. Filius fam. in rebus in qvibus Patri usus fr. & actionum & Jurium exercitium competit. l.9. ff. de O. & A. it. Surdus l.1. §.3. ff. de postul. it. Bannitus, deportatus. l.17. §.1. ff. de p̄n. Infamis l.15. ff. de publ. judic. Secunda exc. non impetrata venia, qvæ est, qva reus, qvod in Jus nisi venia prius impetrata vocari non possit, se defendit t.t. ff. & C. de in Jus voc. nec Discipulos Præceptorem non illum qvi leviter, operam mercenariam locat, sed eum qvi cum parentibus æquali Jure colendus est, sine venia in Jus vocare posse ob l.13. ff. de in Jus voc. Statuo cum Bachov. ad Treutl. Vol.1. D.4. tb.6. Lit. C. Et Tertia exc. Contumacia; qvæ qvamvis tām actorem qvām reum spectet in reum tamen magis & freqventer incidit. Abactore eadem commissa, efficit ut reus ab observatione judicij & instantiæ absolvatur l.13. §.2. C. de judic. & si denuò velit actor ad agendum redire, reus non cogitur illi respondere, nisi prioris termini facti sumptus refusi fuerint, cum cautione de lite prosequenda Gail. i. offer. 59.

TH. XL.

Tribus autem temporibus contingere potest, ut actor ter giversetur, 1. in ipso citationis termino: 2. post citationis terminum, tamen ante litis contestationem & 3. lite jam contestata. Qvæ singula diversos producunt effectus. Si in citationis termino actor se non sistat, reus liberatur ab instantia & ipse actor ad viatica, litisq; sumptus reddendos reo condemnatur l.79. pr. ff. de judic. l.4. C. de fruct. & lit. expens. Si post citationis terminum ante litis tamen contestationem abesse coepit, reum penes est, vel à loco judicij discedere (ita scil. ut refusis expensis citatio cassetur) vel postulare, ut in conductaciam actoris procedatur juxta formam Artb. qviescemel C. qvomodo & qvando Iudex. Sin lite jam contestata eandem deferit actor, iudex constituet sicut in l.13. §.2. C. de judic. sanctum ac constitutum est.

XLI.

133.
TH. XLI.

Qvæ exceptiones alieno nomine à personis intervenientiū petuntur, generali nomine appellantur procuratoriz. Bach. ad Treutl. V. 2. D. 26. th. 3. lit. d. & seqq. Oriuntur autem vel ex defectu mandati, qvod de substantialibus judicij instituti alieno nomine est. Bald. in l. n. de procur. n. 4. vel licet mandatum præstò sit, insufficiens tamen aut nullum sit, l. alienam C. de procur. qvia suis essentialibus & formalibus destituitur. Neq; sufficit allegare mandatum, verum insuper probari debet l. 2. C. de probat. Hujus rei effectus est, qvod si reus omissa hæc exceptione, litem simpliciter contestatus sit cum eo, alterius qvi nomine agit, ejus personam approbasle videatur l. 40. §. 3. f. de procur. Vel ex persona procuratoris, ut licet habeat plenissimum mandatum, sit tamen miles aut mulier §. fin. J. de exc. ubi verba ultima ferè de eo procuratore intelligi oportet, de cuius infamia nondum constat.

TH. XLII.

De Exceptionibus Judicium respicientibus usq; huc, sequuntur jam Exc. rām Processum, qvam causam & actionem spectantes, qvarum prima esse potest, Exc. Gvarandæ idioma tenostro der Gewehr à Gverra qvæ litem significat dicta. Carpz. d. l. tit. 9. art. 4. §. 1. Non autem nudis verbis, sed realiter ab Aduore est præstanda & in actis consignanda. Consit. elect. 2 par. 1. ibi Die Gewehr soll würcklichen actu corporali, angelobet werden/ und soll nicht gnugsam seyn/ dieselbe in actis würcklichen anzugeloben. Ut hoc repetitur in Ordinat. proc. judic. lib. 12. vers. So soll ein ieder Kläger &c. add. Dn. Carpz. d. l. n. 10. Cujus formula sententioandi hæc: Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klage würcklichen angeloben; Immassen ihn zu thun oblieget/ so ist Beklagter auss erhobene Klage sich einzulassen / und den Krieg rechtens zu befestigen/ auch weil er solches ideo in eventum nicht gehabt die Unkosten dieses Termins aufs richterliche Ermessigung Klägern zu erstatte schuldig. Cessat autem hæc except. in

D

Proces-

1367

Procesu executivo, nisi actor sponte ad præstationem Guaranda se offerat; item in actione seu provocacione ex l. diffamari C. de ingen. manum vid. Carpz. d.l. n. 41. 46. cum diffamatus in diffamatorio hoc judicio partes rei sustinet, cum ad agendum provocet. Dn. Carpz. p.v. i. Conf. 4. desin. o. dum non tantum à Dn. Carpz. dd. loc. sedet Matth. Colero ad c. 2. & c. dilecti X. de exc. n. 17. p.m. 24. traditur, huic exceptioni in Procesu executivo locum nullum patere, dubitari poterat, quod Colero tradat, quod Guaranda eff. etum evictio[n]is habeat ac sit repromissio defensionis rei contra alios actores, qui ipsi fortasse super una eademq; causa litem moveare poterant; qvæ ratio cum etiam in causa executivæ intentata locum inveniat, in Procesu quoq; executivo hæc, exceptio opponi poterit; de qua tamen consulendi erunt Practici.

TH. XLIII.

Præcedenti affinis valde except. satisfaktionis seu Cautionis, dum actor in loco judicis immobilia non possidet, aut in territorio Principis l. 1. ff. de satiad. l. 1. & sciendum, ff. de stipular. pretor. l. 12. impr. ff. rem nat. baber. qvæ ad postulatum rei, merito actori ad reconveniendum & expensas, si reus absolvatur, injungitur l. 7. §. 1. ff. quis satiad. cog. Præstatur autem hæc satiadactio vel per datos fidejussores, unde fidejusoria dicitur, l. 1. ff. cod. Vel per pignora, hinc pignoratitia, qvæ turior, plus enim cautionis in re quam in persona l. 25. de R. J. adhoc verò ut pignora actor constitut, cogi non potest l. 1. & 2. ff. injus voc. ut eant l. 25. & 8. ff. quis satiad. coguntur. Deniq; Juramenti fides deficientibus fidejusoribus & pignoribus, interdum sufficit, qvæ cautio juratoria audit. Nov. 134. c. 9. vid. Dn. Carpz. d.l. art. 5.

TH. XLIV.

Exceptio præjudicialis est, si reus dicat fieri præjudicium per actionem ab adversario in statutam, qvæstioni principaliori l. 16. & 18. de exc. Quod sic accipe, si & majoris & minoris qvæstionis actio inter easdem personas instituatur. Si enim expeririatur tertius, præjudicij obiectio, objicientem effectu frustrabitur l. f. §. 1. ff. de pet. her. l. 18. ff. b. t. l. 1. §. 1. fam. ercisc. l. f. C. de Ordin. judic. Vid. Zang. de exc. P. 2. cap. 10. n. 6. & seqq.

TH. XLV.



TH. XLV.

1365.

Illam excipiat Exceptio litis pendentis, qva reus judicium in illa causa quam actor coram alio judice competente, jām ante per citationem cum causæ insertione emissam & insinuatam movit, declinat, & ipsum sc̄torem. eō, ubi judicium semel Incep̄tum remitti petit, propter judicium ex necessitate suscep̄ti, vel capturam alieūjus de fuga suspecti aut sequestrationem honorum litis pendentia non inducitur. *Zang par. 2. l. 13. in fin.*
Coler. de processi. execut. P. 4. c. 1. n. 32. et seq. Pertinet huc exceptio Seqvestri, si quis rem legitimè seqvestratam, antē litem decisam & rem judicatam repeccerit, qvod fieri non debet l. 7. §. 2 ff. qvī satis. itemq; Except. continentia causarum non dividendæ c. pen. X. de in integr. refit. l. 13. C. de R. V. & optimus ix. est in l. 10. C. de judic. contingit verò hoc aut ratione subiecti, dum pro unā re diversa actiones competunt, aut ratione generalitatis actionum uti sunt tutela, negot. gestorum, nec enim hic unus articulus coram hoc, aliis verò coram alio judicē proponendum est l. 1. §. 2. ff. de qvib. rebus ad eundem judicem satur.

TH. XLVI.

Libelli obscuri Exc. processum præcipue spectans, est, si quis fundum in genere, omisso nomine fundi & loco vindicet. l. 2. X. de libell. oblat. Actor tamen obscura & ambigua etiam post litem contestatam, explicare & declarare potest, in Civilibus scil. & ordinariis causis l. 5. §. f. ff. de R. V. l. 172. §. f. ff. de R. J. l. 66. ff. de judic. In Criminalibus arq; summarisi longè alterius res se habet, ibi enim libellus generalis & obscurus, nullus planè est. arg. l. 3. ff. de accusat. Sunt quoq; causi in qvibus etiam generalis libellus admittitur; ut in judiciis universaliibus, ut petitione hereditatis fam. ercise. *Wesenb. ff. de ber. pet. n. 8.* Ineptus verò dicitur, si nulla adeat causa petendi, aut possita est in idonea; opponitur deinde, Exc. ineptitudinis libelli arg. l. 2. in f. de form. & impeir. jubl. ut si in causa criminali libellus non habeat expressum tempus & locum delicti. d. l. 3. ff. de accusat. Notes ex Praxi, qvod reus non teneatur dicere, in qua parte ineptus sit libellus, sed sufficit allegare ineptitudinem.

D 2

V. Dn. D.

1366.
V. Dn. D. Nicolai in suo process. pag. 118. Trahi hue potest. Exe
prohibita cumulationis. l. u. pr. ff. de iurid. l.16. & l.18. ff. b.
Vid. l.9. §.1. ff. de tribut. Act. l.76. ff. de leg. 2. l.1. 24. ff. de V. S
cum singulis controversiis singulæ actiones, unusq; judicati fi
nis sufficiat. l.6. ff. de Exc. rei judic. Formula hæc ponitur
Dennach Kläger in übergebenen Libello, querelam in officiosis,
cum accusatione falsi testamenti & actione ad supplementum
in einander veranschafft das doch widerwirktige. Dinge seynd /
jumahl per actionem falsi nullum prolus testamentum esse in
tendiret, actio vero ad supplementum, aliquid relictū esse con
testiret, per querelam Echlich iniqua præteritio & exhereditatio
geklaget wird / woraus überall nichts Einstimmiges / zuge
schweigen darauff keine apta Sententia erfolzen kan / dero
wegen bittet Beklagter N. Klägern / mit sothauer cumula
tion abzuweisen / Beklagter aber refusis expensis sit ab
solviret.

TH. XLVII.

Reo insuper Exc. plus petitionis concessa est, qvæ actorem
sub movet, plus potentem, quam sibi debitum erat §.10. b. t.
§.35. de act. Contingit vero hoc 4. modis 1. Re, v. c. Si petan
tur viginti, pro decem debitis. 2. Loco, ut si id quod Witte
bergæ solvi debet, Lipsiae simpliciter petitur. t. ff. de eo quod
cert. loco. t. C. ubi conv. qui cert. loc. 3. Tempore, ut ante diem
vel ante conditionem existentem si petatur, quam recte vocas
exceptionem pacti de non petendo intra certum tempus §.10.
b.t. l.3. ff. eod. Huic non inconveniens præscriptio moratoria,
quam circa iniuriam ac summum creditorum præjudicium,
ex justa ac urgentissima causa, personis certis, qvæ injuria tem
porum bonis lapsa sunt, tempore legibus determinato, Supre
ma Potestas indulget; Idonea vero cautio reqviriatur prou
videre est in l.4. C. de prec. Imp. offer. Et deniq; 4. Causa, v. g.
si quis hominem stipulatus, Mævium peccat; vel alternative si
pularus (quod regulariter non procedit: Perez. ad Tit. C. des
adendo) Mævium aut decem, peta t Mævium, vel petat decem,
sum petitiō alternativa esse debebat. Hanc vero exceptio
nem

rem non prorsus desuetudine esse in umbratam, patet ex fine
d. § 33. f. de act. & exc. c. unic. X. de plus petitionibus.

1367.

TH. XLVIII.

Exceptionem competentiae inter peremptorias quidam ponunt, quia post item contestatam in ipsa quoque executione possit opponi: Verius tamen est eam esse dilatoriam, Actio enim institutam prorsus non perimit, quia tamen peremptoriatum natura § 4. f. de except. Nam tamdiu creditori nosceret, solutionemque debiti differt, quamdiu debitor facere non potest: Si vero ad pinguiorem perveniat naturam, & facere posse incipiat, exultat prorsus, neque hanc reus amplius utitur l. unic. § 7. G. de rei uxori. att. quibus vero personis competat. Vid. § 38. f. de act. & Zang. p. 2. c. 15. n. 5. & seq.

TH. XLIX.

Dilatorias inter & exceptio Spolii locum sibi vindicat. Objicit autem Spoliatus eandem isti, qui jam contra eum actionem instituit & ante Spoliavit, ut ante omnia restituatur, Spoliatus quippe ante omnia restituendus e. z. X. de Ord. cognit. Et quantum jure Saxon. terminus probatorius omnis Sex septimanarum; & trium dierum Spatio circum scribatur Landv. lib. 1. art. 82. & Conf. Elec. 16. part. 1. Exceptionis tamen Spolia probatio, singulare quid haber quoniam etiam in foro Saxon. secundum Jus commune intra 15. dies suscipienda. per sancto Clariss. in Ordin. process. judic. tit. II. §. Desgleichen wann einer &c. in verb. innerhalb 15. Tagen zum wenigsten seine Beweis-Articul, sammpt den nahmen der Zeugen und Urkunden übergeben / und binnen solche Zeit &c. Ex quibus apparet, intra predictum tempus plenissimam non requiri probationem, sed quod sufficiat intra predictum terminum articulos tantummodo, cum nominibus testium, vel copiis instrumentorum judicis offerri, quantumvis probatio non plene absolutatur. Vida Dn. D. Taubm. olim hic Ictus Famigeratissimus D. 3. ex Proces. judic. Sar. §. 7. Dn. Bartholom. Reusner. D. Inaugur. de Fato tb. 147. Dn. Magnif. Carpz. P. 1. Conf. 6. def. 2. Reservat vero Proces. Iudicior. Sax. T. XI. von Exceptionen §. Würde auch klägeris

D 3

helleberg



1368.

Gesieben reprobationem intra istum terminum contra Spolii probationem, quæ tamen non conscientia Actoris committenda, sed testibus, aut instrumentis probanda est: *Dn. D. Taubm. d. l. tb. 8. Dn. Carpz. d. l. Const. 6. def. 10.* Licet verò hæc exceptio dilatoria sit, nihilominus tamen etiam post item contestatam objici poterit, si forte de novo spolium factum proponatur. *Mascard. de probat. Vol. 2. Concl. 881. n. 1. C. 2. 3.* Aut reus fidem faciat juramento, Spolium ante litis contestationem factum ad ejus notitiam, judicio demum accepto, pervenisse c. 4. *X. de Exc. Dominus Carpz. d. l.*

TH. L.

Inter dilatorias eminet etiam exceptio cedendarum actionum, quæ datur fidejussoribus solidum solventibus, ut eis creditor actiones contra confidejussores cedat. *I. 36. ff. de fidej.* quæ lex probat, eandem etiam post solutionem à creditore peti posse. *add. I. 5. §. 10. ff. de solut. ad l. 76. D. eod. tit.* Resp. quod non de confidejussoribus, sed de contoribus agat, quorum diversam esse rationem, patet ex *I. 39. ff. de fidejus. l. 1. §. 13. ff. de tutel.* *C. rat. dist. V. Dn. Carpz. P. 2. c. 17. def. 15.* (2.) Resp. quod *d. l. 76.* agat tantum de in solutum acceptance. *Vid. Dn. Carpz. d. l. def. 16.*

TH. LI.

Exceptione sub & obreptionis utimur, cum per falsas & fucatas preces, falsa vel narrando, vel vera supprimendo mandatum est obtentum. *Vid. r. t. C. si contra Jus vel util. publ. Judex* igitur contra mandatum excipientem de sub & ob reptione audiat, nè puniatur *l. puniri. C. d. 1.* est enim res indignissima, apud Magistratum summum se insinuare furtivâ preceptione sub honesti pretextu. Et licet de Princeps Potestate disputare non liceat, cum hoc instar sacrilegii sit: De voluntate tamen & scientia ejusdem Disputare non est prohibitum, quia nonnunquam male instruitur, nec presumitur Eisdem quid placere, nisi quod justum & verum est *l. 7. C. de prec. Imp. offer. l. 3. C. d. t. si contr. jus vel util. publ.* Habet verò locum d. Exceptio adversus quævis Magistratum supremorum Rescripta, aut Privilegia,

quæ



qua tacendo vera & exprimendo falsa alter in alterius locutionem impetravit l. jus agnationis ff. de past. l.2. l.7. C. de pres. Imp. offer. Perez. ad tit. C. si contra Ius.

139.
TH. LII.

Quemadmodum autem plures coacervari possunt actiones l.ii ff. de Jurisd. ita quoque plures Except. etiam diversas successivè opponere licitum l.43. de R. f. l.5. ff. b.i. Imò & contraria proponere quis potest, si e. g. negaverit, primo se hominem occidisse, deinde si convincatur, recte allegabit ad sui defensione, servato moderamine inculpatæ tutela se occidisse; non obstante regula, contraria allegantem nō esse audiendum. Illa namq; non in reo, sed in actore obtinet, reo enim favore liberationis à lege indulgentur, ut quovis modo & quibusvis exceptionibus, etiam contraria se defendat, nec unam tantum post aliam proponat, sed & simul omnes. Contraria tamen non copulativè proponendæ, sed alternative, vel conditionaliter. v. e. si dicat negome pecuniam accepisse, aut si accepi, dico me solvisse. Hæc autem quæ diximus procedunt, nisi lex plures impedit exceptiones opponi (2) si sint veræ contradictiones, ut earum altera necessariò sit falsa l.2. vers. sed si altius ff. quæand. appell. c. imputari X. de fid. Instrum. & (3) Id quod videre est in d. l.43. de R. f. Si reus debitum calumniosè neget, nulla postea adjuvatur exceptione l.22. §.f. de noxal. att. l.1. §.15. ff. si quadrup. paup. fec. dic. Nov. 18. c. 10. & 8. junct. avth. it. Possefor C. qui potior. in pignor. Clariss. D. Struv. d. t. Perez. ad h.t. n.29.

TH. LIII.

Dum de ferè famosioribus exceptionibus dilatoriis egi, de modis earum proponendarum dicere paucis lubet. Uci vero actionum ita & Exceptionum formulæ ex pratico Syllogismo constent bonum est; major enim continet Jus, minor persona agenti Jus detrahatur, de præsenti, aut taliter experiundi, aut compellandi reum ad respondendum, ex quibus præmissis conclusio sequatur, actorem seil. non audiri, vel reum ab instantia, ab solvi debere. Quem proponendi Processum optimi JCtorum præscribunt; ut Oldendorp. in Enchiridio Except. p.115. dum scribit:

1370.

Scribit: Melius est quod & docti causarum patroni observant, ut exceptionem quoq; Syllogistica forma connectas, scil. Ma-jore & Minore & Conclusione. Sic enim melius & litigato-
res & Judices de qualitate defensionis disceptare possunt. add.
Marij. Coler. ad cap. Pastoralis X. de Ext. n.13. p.48. ubi dilato-
riarum longum habes Syllabum,

TH. LIV.

Tempus proponendarum exceptionum dilatoriarum, si-
lentio non prætereundum. Sunt verò ex regulariter ante litis
contestationem & objicienda & probandæ, l. pen. & ult. C. b.
Obst. 1.19. C. de probat. ibi dicitur; dilatoria probandam es-
se, postquam actor monstraverit, quod assē verat. Resp. d. 1.19.
non de dilatoria concernente personas in judicio intervenien-
tes; Sed de dilatoria pertinente admerita cause intentionis &
rei: loquitur. *Dn. D. Schnobel. D. 22. ad π. Σ. XI.* Qvarè si Ad-
vocatus inter primordia litis prætermissem dilatoria exceptionem,
postea opponat, carebit peritis & condemnatione
pariter unius libræ auri multabitur *arg. l. pen. C. b.* neq; Ju-
dex procedere debet, qvia processus est nullus c. exhibita de-
judic. Limitatur autem atq; fallit hæc regula in Exc. excom-
municationis per tx. in cap. exceptionum de Exc. item si exce-
ptiones post litem contestatae competere demùn cooperint, aut
ad notitiam rei pervenerint l.4. b. t. it. quando habeant cau-
sam successivam, ut Exc. loci non tuti *Gail. 1. observ. 25. n.3.* it
si reddant judicium terrò nullum, *vid. Clariss. D. Struv. d.*
Diff. tb.7. it. Si tertius de suo interesse compareat, ille potest
Dilatoria except. opponere, non obstante litis contestatio-
ne. It. fallit, quando reus e. m fuisse sibi competituram errore
facti ignoraverit; justa enim & probabilis ignorantia nemini
damnum afferat c. *ignorantia de R. f. in 6to.* it. Si Judex parti
reservaret dilatoria Exc. qvia eo casu benè posfunt opponi
post litem contestatam per c. ad dissolvendum de Sponsal. impub.
& qvæ similes. Multorum verò locorum Constitutiones ob-
servantiaq; habent, ut quis except. Dilatoria omnes, qvibus
usurus est, simul opponat. *V. Nov. Ordinat. judic. Saxon. T. XI. pr.*
Simi

Simi



Similiter & peremptorias conjunctim objiciat. Dn. Carpz. proc.
Judic. T.g. art. 1. n.12. & art.7. n.12. vid. l.19. C. de probat. Perez.
ad tit. C. b.n.g.

1371.

TH. LV.

Tempus nunc est, ut de altera Exceptionum specie tractetur, qvæ Peremptoria & perpetua dicuntur, de qvarum natura supra actum est. Ut verò dilatoriarum, ita & Peremptoria-
rum enumerare nomina difficultis est res, cum tot sint Perempto-
riarum, qyot causarum, & actionum genera habentur. Qvod
autem easattinet, habent, semper locum, nec evitari possunt.
l.3. in pr. de except. Nascuntur autem vel à principio, vel postea
existunt; scuti vitium aliquando inhöret obligationi, aliquan-
do ei recte constituta postea accedit. Quemadmodum verò
dilatoria except. ad tempus agenti obstant, ut dictum; ita hæ
perpetuæ. Semel enim opposita, rem qva de agitur perpetuam
perimunt & perpetuam Inf. de except. l.3. ff. eod. Nec illud refi-
cendum, qvod qvædam earum vel in vim dilatoriarum ante li-
tem contestatam, & incontinenti probandæ sunt c.i. de lit. cont.
in 6to. Vel cum litis contestatione, vel post eam, usq; ad senten-
tiam, sive in stricti Juris, sive in benæfidei judiciis opponuntur
probinturq; l.3. de rescind. Vend. l.84. §. qui servum ff. de leg. i.
post rem judicatam verò regulariternon admittantur, neq; post
sententiam, nisi in appellacionis instantia l.8. C. de exc. & qvæ
Excell. D. Struv. th.9. in f. excipit. Si verò praxin & observan-
tiæm hoc trahere volumus, aliud certè asferendum, ibi enim
tām in bonæ fidei, qvam stricti Juris judiciis peremptoriæ Exc.
in ipsa statim litis contestatione à Reo sunt objiciendæ, seu per-
actæ litis contestationi statim annexendæ Zang. de exc. add.
Dn. Carpz: defini.7. tit.9. de exc. n.s. l.8. & 9. C. b. l.9. de prescr.
vid. Recesf. Imp. Spirens. de anno 1570. §. Demuach sollen die ge-
wöhnliche Termin Recesf. Ratisb. de anno 1549 §. Sesseri demuach
ordnen.

TH. LVI.

Qvo verò brevibus me absolvam, generalissimam
peremptoriarum exceptionem, qvæ Juris salutatur nomi-
ne.

E

ne



mine proponam, qvā reūs à limine judicii actorem repellit,
 ejusmodi sententiam proferentem, qvæ Juri alicui scripto, vel
 non scripto è Diametro repugnat. l. i. ff. de appell. Nam si ve-
 ritas exceptionis fuerit monstrata, nequit judicium firmari ne-
 gotio proposito. l. i. C. qvī accus. non poss. d. l. i. Deinde exce-
 ptio falsi hūc referri potest, qvæ locum habet, si ex falsis allega-
 tionibus, sive Juribus sive instrumentis vel factis, intentionem
 adversarius præmunit, qvæ etiam post sententiam objici po-
 test, qvia sententia super falsis allegationibus lata nulla est. l. i.
 & t. t. C. sive fals. instrum. observes bonam Oldendorpian Enchiridio except. Rubr. Except. falsi p. 153. cautelam, qvod si exceptio
 hæc intendenda sit, petas restitutionem excipiend & petendo
 sententiam, si ullo jure teneat, rescindi. l. i. querelam C. de falso.
 Spectat quoq; huc exceptio contrarietas, qvī enim allegat
 contraria, non auditur l. i. C. de furt. it. Exc. nullitat. qvæ to-
 ties, qvoties inutiliter aliquid in judicio peractum, competit.
 l. i. C. de Legib. iterumq; post sententiam quoq; ad impedientiam
 executionem obiicitur recte, modo nullitas hæc sit notoria, vel
 ex actis, vel excipiens offerat se ad probationem statim facien-
 dam l. i. §. 6. ff. de re judic. Si hæc exceptio ad executionem im-
 pediendam opponatur, in continentis est probanda, qvociam
 executio sententiae summariam requirit cognitionem l. i. §. 4.
 ff. de re judic. De Jure Sax. intra terminum lex Septimanarum
 & trium dierum, à die publicata sententia computandorum,
 præcisè est alleganda, adeò ut postmodum ejus allegatio mini-
 mè admittatur. Ordin. Proces. Elec. Sax. tit. 38. pr. von der Nulli-
 tät. Dn. Carpz. p. 1. Const. 62. def. 21. Querela vero hæc nullita-
 tis d. tit. 38. haut impedit, qvo minus res judicata executioni
 mandari queat. Referri huc tandem potest, omnis illegitimæ
 actionis Except. qvæ adversus legem, vel consuetudinem in al-
 teriusve fraudem intenditur, veluti actio ex pacto de futura vi-
 ventis hereditate acqvirenda, vel omittenda l. i. 5. l. ult. C. de
 part. & similes.

TH. LVII.

Ex post facto porrò superveniunt, ut exceptio rei judica-
 re, qvam reus à lite sibi qvondam mota absolutus, eidem actori
 eandem

1273.

eandem item denuo movensi opponit, rebus enim semel judicatis standum est. l. i. C. de re judic. judicata namque res pro veritate habetur per l. rem ff. de R. J. Nec officit l. inter §. i. ff. de V. O. quod Civilis tantum obligatio per sententiam tollatur, remanente naturali, quuum judicium & sententia reddantur in invitum d. f. inter. quia per hanc exceptionem quae est aequitatis, actio quae est Juris eliditur §. 5. f. de Exc. alias enim nullus eset litum finis l. 2. C. de re judic. l. fratr. C. de transact. vid. Dn. Carpz. T. 6. A. 3. n. 69. & seqq. dum autem queritur an haec exceptione noceat nec ne, inspici oportet an idem sit corpus, quantitas; eadem & idem Jus; & an eadem petendi causa & personarum conditio. De quibus requisitis vid. Zang. par. 3. c. 15. Coler. c. 1. de exc. na. 4. Affinis huic est exceptio illegitima appellationis, quae opponitur appellationem persecuturo; ejusdem finis est, ut appellantem propter sententiam, quae propter desertam non autem devolutam appellationem, abiit in rem judicatam, removeat, adeo ut nunquam resuscitare debeat causam. vid. Auth. bodie C. de appell. Auth. ei qui de temp. & rep. appellat. Clement. quamvis 2. de appellat. c. 4. §. inhibemus de privilegiis in 6to. Zang. par. 2. c. 19. disf. Nec praecedenti dissimilis est exceptio pronunciationis Commissariae, quam reus actori opponit, eandem item jam ante coram Commissariis scepitam, denuo moventi.

TH. LVIII.

Exceptio Jurisjurandi §. 4. f. b. t. l. 15. eod. sequitur, quae ex Juramento voluntario & judiciali nascitur; Dum enim reus deferente actore, sive extra judicium seu in judicio, dum judex pro tribunal se sit, juraverit se nihil debere, vel rem petitam suam esse & fortean iterum conveniatur, hac exceptione se tuebitur. l. 9. §. 1. ff. de Jurejur. Illiverò qui putant quod jusjurandum, ipso Jure tollat obligationem non sunt audiendi, cum in d. §. 4. f. b. t. dicatur si debitör venditore deferente, juraverit nihil se dare oportere adhuc obligatus permanet. Sed gravis adversaria constituta est in l. 7. & l. 9. ff. de jurej. Resp. non texatum sensus est quasi post juramentum nulla super sit actio, sed

E 2

quod



1374.

quod iniquum Prætori visum fuerit, actionem dare, dum iu-
ratum esse contra actorem constat.

T.H. LIX.

Exceptio Præscriptionis, datur reo convento, vid. Donell.
ad rubr. Codic. de Exc. n. 15. fol. 668. contra dominum rei vindicatione utentem, si tempore legibus definito se possedisse probat; juxta atq; statim absolvitur. Spectat huc usucatio, qvæ bono publico introducta, ut lites finem invenirent l. fin. ff. pro suo, nec rerum dominia sic esent in incerto l. i. ff. de usucap. Verum itaq; plenum, justum & perfectum dominium eadem alicui adjicit l. 4. in f. C. de prescript. 30. & 40. ann. Si bona fides, titulus & continuata ad fuerit possestio ad ultimum usq; definiti temporis diem. Triplex autem à Dd. statuitur usucatio; (qvam quidem divisionem jām ex animare meum non est) odīus scilicet 30. vel 40. ann. Mixta 20. & 10. ann. & Favotabilis, hoc est, usucatio triū annorum. Vid. Coler. de prescript. ad c. illud n. 12. Formula talis potest esse. P.P. Beklagter erscheine zu Folge ergangerer Citation, citra animum litis contestandi exceptivè vor bringend/ gleich wie ihm von Klägers assiritem Dominio überall nichts Wissend/ als thut er ihn Bugezogene injurias ad animum revocire/ und weil Beklagter seu Haushund Hoff über 40. Jahr/ ob eis nre des Klägers Einrede geruhig besessen/ als sind obgleich Kläger einig Dominium daran gehabt hatte/ daß doch nicht zu glauben/ alle deswegen competitende Actiones iure præscriptionis getötet/ und Beklagter perpetua securitate versichert/ aus den Ursachen dann Beklagter submisus bittet ihn definitivè zu absolviren/ und Klägeru in Schaden und Unkosten zuverurtheilen.

T.H. LX.

Exceptio Transactionis munit reū aduersus actorem li-
tes transactione finitas redintegrantem. Nihil enim ita fidei
congruit humanæ, qvam ea qvæ placuerunt, custodiri. l. 20. C.
de transact. Nec ullus erit litium finis, si à transactionibus bo-
na fidei



4578.

na fide interpositis coeperit facile discedi l.10. C. eod. Est autem transactio liberatorius actus, quo pars una litem dubiam, praesentem futuramve sic remittit alteri, ut haec vicissim eo nomine aliquid ex stipulatu, vel pacto promittat. Eam Exc. rei judicem valde congruam esse, ex dictis apparet l.20. C. b. t. ut enim Exc. rei judicata, ita transactionis efficaciter non objicitur, nisi ejusdem rei, ex eadem causa, petitio inter easdem personas instituatur l.9. §.1. de transact. l.135. §.f.de V.O. Formularii forte verbis ita conciperent: Demnach zu recht verschen/ daß vertransigirte Sachen nicht mögen resuscitiret werden/ und diese Controversia von Kläger anbrach/ vor Jahren per amicabilem compositionem entschieden/ wie aus mit kommenden Instrumento in continentii zubewiesen/ als wird gebeten/ mutwilligen Kläger ad recognoscendum zu compelliren / und Beklagter refusis expensis definitive gis absolviens.

TH. LXI.

Exceptio solutionis paratam impedit & avertit executionem Dn. Carpz. T.22. A.3. n.9. nemo enim condemnari potest, ut bis solvat, si incontinenti solutionem semel factam probaverit Conf. Elect. 8. part. i. Formula est: Würde Kläger die von Beklagten producirte Quittung gebührtlichen recognosciren/ unmassen ihm zu thun oblieget/ so hat Beklagter dadurch seine vorgeschüste Exception solutionis zur Noth durst bey bracht/ und wird demnach von klägers Zusprechen/ oder angeschulden Ex- cutio- Klage / billich entbunden/ unmassen Wir ihn hiermit hievon entbunden und loszehlen. Hujus species Compensationis exceptio l.4. de compens. salutatur, quæ describitur, quod sit debiti & crediti inter se facta contributio l.1 ff. de compens. quæ qui convenitur creditorem suum, eundemq; debitorem petentem submovet l.2. ff. h.r. vid. Conf. Elect. 8. part. i. verb. Das die Compensation als in Kraft einer Solution sol zugelassen werden add. Dn. Carpz. T.22. A.3. n.28.

E 3

u. 8



1376.

Abi talis sententia proferitur: **D**aß Beklagter mit der angeführten compensation wird von Klägern producire, Brief und Siegel billig zu hören. **B. N. W.**

TH. LXII.

Exceptio porro Usurariae pravitatis datur reo ad executionem impediendam paratam, contra creditorem, qui immoderatas usuras accepit, has enim & stipulatum esse illum & exigisse, ex osum maximè LL. habent, hinc quā rectissimè hæc exceptio Juris Natur. esse dicitur. **Dn. Carpz. d.l.n.21.vid. Ordin. Torgens. de ann. 1585. tit.** Von wucherlichen Contracten §. es irrätsch auch vers. Do aber dennoch &c. Modus pronunciandi talis præscribitur: **D**aß Beklagter mit der Vorgeschäften exception usurariae pravitatis, auch bey diesen execution Proces nicht unbillig zu zulassen **B. N. W.** Iti quām proximè accedit, exceptio simulationis (quæ cum doli exceptione eadem non est, cum ille à simulatione secernatur l.i. §.2. ff. de dol. mal.) quæ datur Reo quando aliud actum, aliud verò in contractu scriptum est vid. t.t. C. plus valet quod ag. in continentia verò ad paratam executionem impediendam oblicienda est: **Zang. par 3. c.26. n. 84.** add. **Dn. Carpz. d.l.27.**

TH. LXIII.

Novationis exceptionem, quod attinet l.n. ff. de novat. competit ea Reo principali ejusq; fidejussori, quando transfusio prioris debiti in novam & aliam obligationem, priori penitus perempta, facta est. l.i. ff. eod. l.9. eod. Duplex verò perhibetur; voluntaria alia quæ fit stipulatione; alia necessaria quām litis contestatio inducit l.29. d.t. Constat verò ex l.f. C. de novat. & §.3. Iust. quibus modo toll. oblig. quod novatum non sit, nisi novandi animo in novam obligationem itum fuerit.

TH. LXIV.

Hanc excipit exceptio pacti conventi de non petendo, quæ locum habet, cum creditor pactus est, nè omnino à debitore suo peteret §.3. & 9. Inst. de exc. l.56. §.5. de V.O. quod pactum & tacitum esse potest, ut si creditor, cui majores usuræ debentur,



tur, sciens per certum tempus, minores acceperit l.5. & 8. C. de
ufur. vel si reddatur cauio, tunc enim videtur convenisse, ne
peteretur. Nec causa debet intervenire, cum pactum sit
conventio sine causa. arg. l.65. §.2. ff. de condic. indebit. & quia
liberatorium est, uti recte scribit Treut. V.2. D. 26. tb.6. lii.b.

1377.

TH. LXV.

Exceptione delegationis reo subvenitur affirmanti, obli-
gatione, quâ creditorî devinctus erat, interventu tertii sublatâ,
nullam actori superesse actionem. Est enim delegare vice sua
alium reum dare creditori vel cui jusserrit l.11. ff. de novat. & qui-
dem, vel scriptura, vel nutu l.17. ff. b.r. & consequenter etiam
inter absentes fieri potest arg. l.2. §.1. & 2. de O. & A. vid. Zang.
p.3. c.6. in pr. Ejusdem farinæ est acceptilationis exceptio. Illa
autem facta & imaginaria solutio est, seu liberatio per mutuam
interrogationem, quâ utriusq; contingit ab eodem nexus solutio
l.1. ff. de accept. quæ se recte habet, absolvit enim creditor à né-
xu, quo debitör necit. Discrimen vero est inter acceptila-
tionem & apocham, quod illâ liberetur debitör, et si non solvit;
haec vero non alias, quâm si pecuniâ soluta sit l.19. §.ff. eod.

TH. LXVI.

Quæ creditorem eundemq; modo diverso debitorem pe-
tentem submovet, est exe. compensationis, si reus compensa-
re paratus sit l.2. b.r. Utuntur autem eâ debitores quicunq; ad-
versus quoscumq; Creditores d. l.2. idq; ob æquitatis §. pen. f.
de a.F. & litium dirimen darum generalem rationem, quia in-
terest, nostra potius non solvere, quâm soluta repetere, l.3. b.r. Sed specialis interdum ratio sufficit, quo minus compensatio
admittatur vid. l.16. in pr. de Compens. Subiecto Except. Con-
fusionis quæ comperit, si e. g. debitör creditori & creditor debitör
heres existat. Atq; hoc casu, quia debitum & creditum
in eandem concurrunt personam, fit confusio, quæ obligatio &
actio ipso Jure tollitur l.5. C. de hered. att. Longè vero aliter
se res habet, si ex reis stipulandi vel promittendi alteri alteri suc-
cedat. In utraq; enim specie Scævola in l.93. de solut. Confusio-
nem fieri negat, allatâ ibidem de reis stipulandi ratione satis
evidenti.

LXVII.



TH. LXII.

Decantata satis est divisionis Exc. fidejusoribus, si plures sint, competens. Licit enim unusquisque eorum stricto Jure in solidum teneatur § 4. J. de fidejus. Ex Epistol. tamen D. Hadriani, hoc gaudent beneficio, ut ille qui in solidum convenit, possit opponere exceptionem & desicerare, ut pro parte in se detur actio d. §. 4. l. 28. de fidej. l. 10. §. 1. C. eod. vid. l. 27. de fidej. in l. 26. ff. de fidej ostenditur differentia, inter rō competere ipso Jure & per exceptionem, ut si quis fidejusorum antea exactam à se partem sine hereditate decedat, aut à ad inopiam vergat, pars ejus ceterorum onus respiciat. Utile enim foret fidejubentibus adire judicem, ut declaret, quod singulis exc. divisionis competat, immo d. l. 28. ff. de fidej. permittitur, ut unus divisionem à Judice fieri petat & pro reliqua parte silentium quo vad per sonansui creditoris imponatur.

TH. LXVIII.

Dixi hactenus de iis exceptionibus ex post facto descenditibus, quām brevissimis nunc dicendum ad hoc venit, de illis ex principio quā nascentur, quā præpostoratio adeò vitiosa non erit arg. § 34. J. de legat. Harum vero ante signana sit Exc. metus, quā ipsa sanè ab exceptione dolii differt, cum hæc sit personalis; illa vero metus in rem scripta ubi saltem quāritur an metus sit illatus l. 4. §. 33. ff. de dol. mal. & met. exc. qualis vero requiratur metus vid. in l. si. donationis. & l. si. per vim. l. f. C. d. t. Notes vero velim, quod licet metus causam contractui b. fidei dederit, non tamen est ipso Jure nullus, quia metus, utut intellectum quodammodo turber, non tamen in errorem rapit, sed ex metu agens scit utiq; quid agat, ac, minus eligendo malum velit, licet coacte, quoniam coacta voluntas quo vad actus imperatos est voluntas l. 21. §. pen. ff. quod met. caus. Deinde ex Tübilibus Nova Pacis de Anno 1648. c. 4. §. contractus, Permutationes &c. constat, quod quidem contractus &c. vi metu extorti aboliti sint, ut eo nomine agere minimè liceat, instrumenta vero crediti vi metu creditoribus extorta, restituenda sint, actionibus desuper salvis.

TH. LXIX.



TH. LXIX.

1379.

Petitorii seu dominii exceptio est; quæ Reus actione possessoria conventus, actori suum in re controversia dominium in continentati probandum opponit, l.13. §.1. ff. ad SCium Trebell. l.13. ff. ad exhib. & l.1. C. de Edif. D. Hadrian. coll. hoc verò in interdicto adipiscendæ & retinendæ obtinet arg. dd. iexx. & l.140. ff. de acquir. poss. Secus verò est in possessionis recuperanda actione, quia spoliatus ante omnia restituendus l.1. C. si per vim vel alio mod. excepto eo casu, cum actor petitorum judicium cum possessorio conjunxit. c. cum Ecclesia Surina & c. seq. X. de causf. poss. & propriet. vel dominium ex re judicata; vel abunde evidens & notorium fuerit. c. ex parte M. X. de restitut. Spoliat. vid. Zang. p.3. c.24. in pr. & seqq. Brevibus & de Erroris Except. videbo, quæ reo sine causa quid promittenti datur, si modo causam promittendi legitimam existimabat, quæ tamen nulla erat. Dicitur etiam in factum, quia reus factum solum, Judici recenset, rem ne m pè aliter se habere ac ab auctore narrata sit. Plura hac de evid. ap. saepius laudatum Zang. d.l. c.3. n.109.

TH. LXX.

Claudat agmen tandem Exceptio non numerata pecunia, quæ datur ei qui dum sperat, se pecuniam mox accepturum, literis caret se accepisse, quam non accepit. Quæ duplex est una competens creditori, dum epocha data faslus est, se receperisse pecuniam mutuatam, quam non recepit l.14. §.1. l.5. C. de non num. pec. altera vero debitori, ubi scripta, se mutuum accepisse, quod non accepit. Observandum, quod exc. hæc contra naturam aliarum except. sola negatione absolvatur, reddito onere probandi in auctorem, l.1. C. de probat. l.3. C. de non num. pec. Sunt qui ab hac aliam & quidem aliis exceptionibus, quæ probandæ sunt, parem esse putant eamq; perpetuam in l.2. §.10. & l.3. C. de non num. pec. quod Forum admittit. Formulae pronunciandi sunt: *Dierveil Weßlager nicht gesündigt/dass er die in der producirten Obligation enthaltene Post &c. Wirklichen empfangen.* So ist Kläger solches bidden

F

Sachsen

13.60.
Sächsischer Fries zuerweisen schuldig. V. R. W. Dies
weil Beklagter exceptionem non numerata pecunia
vorgeschrifet so ist Kläger daz er ihm die geklagte Schuld
Post Würcklichen aufgezahlet / beyzubringen schuldig.
V. R. W.

LXXI.

Nunc non nihil de ipsā exceptionum materia dicendum
venit. Est autem illa vel circa quam, vel ex qua; Materia cir-
ca quam sunt actiones & judicia, quibus exceptions opponi
solent l.2. in pr. & §.1. ff. de except. Materia ex qua est Jus cuius-
que proprium fluens ex obligatione, vel simili causa, factō, tem-
pore, loco, personis &c. §.1.2. J. de exc. l.2. §.ult. l.3. eod. l.4. §.
competit. ff. si Servit. vindic. Rectè dicitur proprium Jus, nam
sicuti ex Jure tertii, nec actio ita nec oritur exceptio. d.l.4. §.7.
ff. si Servit. vind. l.8. §.1. C. de prescript. 30. vel 40. ann. vid. Wesenb.
ff. de except. n.8.

TH. LXXII.

Qvod ad formam; Exceptiones olim à Prætore dabane
tur perinde atqve actiones. Cujac. lib. 5. obs. c.34. Wesenb.
ff. de exc. n.9. Sed hodiē exceptions formam nullam ha-
bent Wesenb. d.l. scil. formam solennem ac ita externam, imo
quibuscumq; verbis, viva voce, scripto vel absq; scripto propo-
ni possunt l.13. §.10. ff. de excus. l.48. ff. de proc. l.52. ff. de act. emt.
à Reo per l.2. ff. de ext. Consistit ergo exceptionum forma, quam
nunc habent, in eo, qvod à reo sint proponendæ d.l.2. b. nec
enim judec factum exceptionis supplet, nisi ex actis ea appareat,
Vid. th. 4. supra. Qvin imo ut supra dictum proponi possunt
diversæ etiam, imo contraria Dd. in dd. ll. & Canonis in c.20.
de R. J. in 610. modo in facto sint compatibilis arg. l.14. C. de
fide. Instrum. l.188. de R. J. neq; Lex cumu'ationem illaqum im-
pediat l.43. eod. Debito autem loco & tempore ejusmodi de-
fensionibus utendum est. Locum percipio judicij c.n. verb.
exceptiones de prob. tempus verò, ut vel ante, uti in dilatorie
regulariter sit, vel post item contestatam, ut sit in perempto-
rii. Vid. th. 55. proponantur.

TH. LXXII.



Dies
iniae
pulsa
ldig

sum,
a cir-
poni-
cujus-
tem-
4. §.
nam
4. §.
efenb.

abane
efenb.
m ha-
, imò
ropo-
F.emt.
quam
b. nec
pareat,
sunt-
n c. 20.

C. de
im-
odi de-
verb.
atoris
mpto-

LXXII.

TH. LXXIII.

Finis est, ut defendantur rei, §. i. J. de exc. l. ii. C. eod. impugne-
tur actio §. i. J. b. t. l. 2. ff. eod. & temporis dilatio tribuatur.
§. 10. J. b. l. 3. ff. eod. Qværitur verò circa finem, num reus satis-
faciens ante sententiam absolvatur saltim à processu, observa-
tione judicij, seu instantiâ; num verò definitivè ab actione,
actoris Jure & ipsa causa? Prius Accursio & Platez, cum reus
per satisfactionem à causa absolvatur; Posteriori mihi cum
Mynsingero arridet, qvum hoc reo utilius sit, ut si forte proba-
re nequeat satisfactionem, possit absolutione niti. Accedit
& hoc, qvod saltim ab observatione judicij, liberato reo, tan-
tum acta causæ redderentur irrita l. properandum C. de judic.
ac ita ipse reus adhuc processum metuere haberet, qvod vix na-
tivus verbi satisfacere sensus admittit, cum satisfaciens credi-
tori amplius obligatus non sit.

1381.

TH. LXXIV.

Ad effectum refero, qvod reus exceptione agat l. i. ff. de
exc. perimat actionem, vel eam differat. Videtur obſt. l. 8. in
f. ff. de V.S. ubi actionis verbo, exceptio non continetur. Ve-
rum enim verò Resp. qvod in d.l. legatur, excipientem ager-
videri, qvæ vox improprietatem hic importat, ac ita qvando
dicitur exceptionem esse actionem, ad eam nullo modo refe-
rendum est significacionem, qvæ propria est actionis & Juris
significatio; sed qvæ facti & ad factum in πλάτει refertur Gædd.
ad d.l. 8. §. 1. n. 5. fol. 197. Et Gotbofr. ad d.l. 1. lit. f. aut ita re-
sponderem ob hæc d.l. ff. verbæ; nam reus in exceptione actor est,
scil. qvia hanc probare gravatur.

TH. LXXV.

Exceptioni affinis est Duplicatio, qvæ adversus replica-
tionem, primo intuitu justam, reverà autem iniquam concedi-
tur §. i. J. de replic. l. 2. §. pen. ff. de exc. item Quadruplicatio,
qvæ triplicationi opponitur §. 3. J. d. t. Sicut contra exce-
ptionem, replicatio permittitur d. l. 2. contra replica-
tionem duplicatio d. §. 1. & contra duplicationem triplicatio
§. 2. J. d. t. contra triplicationem quadruplicatio §. 3. d. l. 2. §. pen.
& rursus contra quintuplicationem quintuplicatio & sic porrò

F 2

Gotbofr.



1382.

Gothofr. ad d.l.2. lit. O. donec liti finis imponatur. Certum autem modum in Ordinatione Camerae præscriptum deprehendo, nam in dilatoriis ultra duplicitatem & in peremptoriis ultra triplicationem non esse procedendum, d. Ordin. Camerae 3. tit. 26. S. 10. Aber & tit. 29. in fin. Imo Jus Canonicum, cum sèpè per dilatoria exceptiones malitiosè causa proteleatur, voluit, ut intra certum tempus omnes dilatorie opponantur. cap. 4. X. de eccl. Quid Sereniss. Sex. Elec. ex liberrimo arbitrio suum facit, dum in Corf. 3. part. i. sanxit ibi; doss alle exceptiones sic seyn declinatoria oder dilatoria &c. alle auff einmahl im berührten ersten Termin für gebracht und alsbald die liti contestatio angehen get werden soll/es sey dan die declinatoria dispatischium in nova Ordin. Judicari. Tit. XI. in pr.

TH. ULT.

Dedissentaneis repeate ex th. precedente, ibi sicut contra Exceptionem &c. Contraria etiam sunt nullitas & exceptionum in justitia, item Obscuritas arg. pr. Inst. de replic. l. 2. de aut. tut. l. 6. qvis satiad. cog. li. S. 6. defum.

Hæc itaq; de hujus materiæ nobilitate ac præstantia rudi Minerva à me dicta sufficiunt, quæ quin accutio rem desiderent enodationem, inficias non ibo; id feci quod humeri ferre possunt, ac illud tritissimum pensi habui: Qui nunquam male, nunquam bene; à Preceptoribus enim meis cù audi verim sepius, parva non esse contemnenda, ut potius sine quibus magna consistere nequeant, bono sum animo, levidens hæc bonum lectorem æqui boniq; consulturum esse; ac licet fatear ingenuè, à me magna expectari non posse, cù sciam meo pede & modulo metiti, interim tamen, cum & in tertius quartisq; consistere datum sit, & eò ire ipse velim, quo DEUS & vivicula siverint, loeto sum animo, me apud

Bonos nullum vituperium incursum,

esse. Sit verò.

J E S U M E O
G L O R I A I M M O R T A L I S !

Sic-



1383.
Siccine venturo jannunc præludis honontr
MÜHLMANNE Præstantissime?

Scilicet occultis virtus non desidet antris;
Sed luce gaudet publicâ.

Tempus erit Tua quo clarâ Teluce reponet
Virtus, & astris inseret.

Benevolentia testande ser.

CHRISTIAN-KLENGEL, D.

AD

Per Eximum Doctissimumq;

DOMINUM

FRANCISCUM MÜHLMANNUM,

Cum De

EXCEPTIONUM JURE

DISPUTARET,

AUTOR:

Q Vod Natura docet, quod Jus Com-
mune, quod Uſus
Exigit, id calamo, VIR ADAMATE
doces:

Laudo: sic pergas Themidis lustrare
ſacellum:

Et venient certo digna brabea
pede.

JOACHIMUS Nergel/
D. & Prof. Publ.



1384.

Quid sint & valeant Legum excipienda peritis,
Plus satis id monstrant themata scripta
tua.

Rectius hæc novit, qui de cathedraq; tuetur,
Optimus est cultor juris & Aonidum.
Nomine nunc illo dignus, MÜHLMANNE, vocaris,
Tradens mille modis partibus excipere.
Gratulor hoc specimen tibi, præmia digna pre-
corq;₃

Ut patriæ quondam commoda ferre
queas,

Conatus laudatis.

DN. RESPOND. applaud.

Christophorus Nottnagel/
Prof. P. & Acad. SEN.

Ardua, nî fallor, res est Exceptio juris,
Perplexumq; tenet prima vel ima-
locum.;

Nec tamen erubuit coram proponere noster
MÜHLMANNUS tales, Ore manuq; pro-
bans.

Scré-

Scruenuis in reliquis qvi & sic sudare palæ-
stris

Pergit, Consulti ferre brabea potest:
Excipit hunc Aula & blandè Respublica
clara,

Qvod Tibi contingat, cordicitusq;
preco!

CHRISTIANUS TRENTSCHIUS

Log. & Metaph. P. P.

Exere concessas insigni nomine dotes
MÜHLMANNE, haud aliâ stat ratione
decus!

Eximum quondam specimen, me Præside
vidit

Leucoris; ac rursus quid tua Musa
parat?

Hoc si contendas præclaro pergere nisu,
Expectanda Tibi præmia honoris erunt.

ἀντοχεδιάζω
gratulatur

GEORG. CASP. KIRCHMAIER,
P. P.

ERRA-

1385.

ERRATA.

1386. 307
- Tb. 26. pro Fuerint, fuerit. Tb. 27. pro verbo enim, vero
Tb. 28. ferè in f. & judicium prajudicio pro & dc.
Tb. 29. pro annulatur annullatur ibid. reijudicatur pro
judicata.
Tb. 30. pro removentur remorenur. Tb. 32. pro Schnobelio
Schnobelio.
Tb. 33. autem Senatorem pro aut
Tb. 35. pro mensē data dati: pro ditia, distantia.
Tb. 36. inf. prg. sicq. sīg.
Tb. 39. pro proprius Processus.
ibid. pro discipulos discipulus.
Tb. 42. pro Constit. 2. Constit. 4. & pro verb. in actis
würcklichen/ Wörtlichen.
Tb. 46. pro Civibus Civilibus.
Tb. 51. pro pretextu pretextu.
Tb. 52. pro indulgentur indulgetur.
ibid. post l. 43. de R. J. num. 3.
Tb. 54. pro carebit pertitis pertitis.
Tb. 55. pro admittantur, admittuntur.
Tb. 59. pro exanimare examinare.




Wittenberg, Diss., 1664-65



Vd17





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimeters

Inches

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

Farbkarte #13

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA

De
EXCEPTIO-
NIBUS,
hodiernoferè Foro accommodatis;

Quam,
Permissu Magnifici J^ctorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,
ac Excellentissimi

DN. JOACHIMI M^grgers /
J. U. D. & Prof. Publ. Cur. Ele^ct. Scab. Jurid. Facult.
nec non Judicij Provincialis, qvod est in inferiori
Lusatia, Asles. Gravissimi,

DN. Patroni, ac Præceptoris sui omni honoris
cultu suscipiendi & prosequendi.

Ad d. 17 ~~Septemb.~~

publicè examinandam exponit

AUTOR

FRANCISCUS MÜHLMANNUS, VVitteb.

IN AUDITORIO J^cTORUM

Horis consuetis.

WITTEB. Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.
ANNO M. DC. LXIV.

41.